

Traité de nécromancie intitulé "Picatrix".

I . Traité de nécromancie intitulé "Picatris".. 1401-1500.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF. Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :

- La réutilisation non commerciale de ces contenus ou dans le cadre d'une publication académique ou scientifique est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source des contenus telle que précisée ci-après : « Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France » ou « Source gallica.bnf.fr / BnF ».

- La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service ou toute autre réutilisation des contenus générant directement des revenus : publication vendue (à l'exception des ouvrages académiques ou scientifiques), une exposition, une production audiovisuelle, un service ou un produit payant, un support à vocation promotionnelle etc.

[CLIQUER ICI POUR ACCÉDER AUX TARIFS ET À LA LICENCE](#)

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

- des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.

- des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter utilisation.commerciale@bnf.fr.

LATIN
10272

300.

150 lll.

De Nigromantia.

Suppl. l. 1862.

Ad laudem et gloriam altissimi et omni
potentis dei cuius est revelare suis pre-
destinatis secreta scientiarum et ad illus-
trationem etiam doctorum latinorum quod
est inopia librorum ab antiquis philosophis edito-
rum Alphonsus dei gratia illustrissimus
rex hispaniae totiusque haudaluciae
praecipit hunc librum summo studio summaque diligentia
de arabico in hispanicum transferri cuius nomen est pic-
tris. Hoc autem opus perfectum fuit anno domini M. CC.
LVI. Alexandri M. D. LXXVII. Caesaris M. CC. LXXXV. et sta-
bum DC. LV. de zoo. Libris pluribus philosophus hunc compilavit
quem suo proprio nomine nominavit

In nomine domini Amen. Incipit liber quem sapientissimus philo-
sophus in Nigromantia artibus ex quampluribus libris com-
posuit.

Et sapiens ait primum quod agere debemus in omnibus
rebus mundum est deo gratias propter quod dico quod
ipse sit laudatus eo quod ex suo lumine revelantur secreta
et abscondita patet et ex sua potentia cuncta miracu-
la facta sunt et in eo omnes petitiones omnesque scientiae
computantur diesque a noctibus ex suo precepto divisi sunt
Et ex ipsius virtute ex nihilo omnia creata sunt quousque
sunt et eius potentia omnes creaturae innovantur
et in ipso secundum suam naturam providentia gubernantur
Ipse autem potens est et per ipsum omnia per generationem
innovantur et ipse cum aliquibus rebus non involvitur
nec separatur ab eis eo quod non habet locum terminatum nec est
extra ab eo nam ipse est ipse locus animae mundum huius
narrare non possent opera nec potentias suas explicare.

R.C. 5673.

A

Et uis uero mirabilia multa sunt. et nihil est ei nouum. Idcirco ipse sit laudatus. sibi que obediunt. et eius prophetis et scis qui ex suo precepto illustrati fuerunt. q. mandatum hominibus uias ostenderunt. quibus dei scientia et sapientia attingere possunt. Unde ipsum rogemus q. nos in sui gratia recipiat. et m. cedat. et ad sui gloriam nos perducatur eternam. Amen.

Tu qui scientias phox. intendere uis et scire. ac eorum secreta inspicere. q. mirabilia magna. et artes que in suis posterunt libris perquiras. et intendere queras deprimere mirabilia scientia nigromantia. Primum autem scire debes q. hanc scientia dicti phi celauerunt. et eam hominibus discooperire nequieuerunt. Immo eam pro uiribus uelauerunt. et cum uerbis absconditis quicquid locuti sunt in ea. et etiam cum signis et similibus quibus acti in aliis scientiis loquerentur. Et hoc fecerunt pro eorum honestatibus et bonitate. quia si haec scientia hominibus esset discooperita. confunderent uniuersum. Et propter hoc figuratim fuerunt loquuti de ea. ad hoc ut aliquis ad ipsam attingere non ualeret. nisi esset scia illustratus ut ipsi. Et ideo in omnibus eorum occultationibus uia dederunt. et regulas quibus sapientes ad ipsam attingere ualeant. et proficere in omnibus quibus dicere uoluerunt in occulto. Quia de causa librum istum compilari. et in ipso explanare intendimus uias et semitas istius scientie. et gloriare. Idcirco huius scientia sapientes loquuti fuerunt. Et ostendere illud quod in eorum scis occultauerunt uerbis pegrinis. uis. et uerbis leuioribus. Ego autem rogo altissimum creatorem q. iste noster liber non nisi ad manus pueniat sapientis. q. intendere possit quicquid in eo sum dicturus. et tenere in bono. Et quicquid operaberis ex eo ad bonum. et ad dei seruitium operetur. Liber autem iste in quattuor diuiditur libros. Et eorum quilibet diuiditur in suas partes.

3

Nam in primo libro tractatur de celo et eius effecta proprias imagines que in ipso. In secundo loquitur in generalis de figuris celi et motu octauae sperae. et de iporum effectibus in hoc mundo. In tertio de proprietatibus planetarum. signorum. et eius figuris et formas ostendit in suo colore. et qualiter cum spiritibus planetarum loqui possit. et quod plura alia nigromantia. In quarto uero de proprietatibus spirituum. et de uis que necessaria sunt obseruanda in ista arte. et qualiter cum imaginibus et suffumigationibus et etiam cum aliis adiungetur.

Sequuntur capitula libri primi.

Capitulum primum. De scientia cognoscendi in quo gradu es.

Capitulum secundum. quid sit nigromantia.

Capitulum Tertium. Quid sit calum et de qua materia sit.

Capitulum Quartum. De generationibus. proportionibus et compositionibus celi ad faciendum imagines.

Capitulum Quintum. In quo gradu quilibet est in mundo. et qualiter scitur q. homo est minor. mundus et maiore mundo assimilatur.

Capitulum Sextum. In quo gradu quilibet res mundi est. et de aliis multis profundis per sapientes occultatis. que in hoc libro nostro discooperire intendimus.

Capitulum primum. de scientia cognoscendi in quo gradu es.

Cias o frater carissime. q. maius donum. et nobilius quod deus hominibus huius mundi dedit. est scire. quia per scire habetur notitia de rebus antiquis et que sunt cause omnium rerum huius mundi. et que cause magis propinque sunt causis aliarum rerum. et qualiter una res cum alia conuenientia habet. et propter hoc sciunt omnia que sunt. et qualiter sunt. et qualiter una res post aliam in ordine eleuatur. in quo loco ille qui est radix et principium omnium huius mundi rerum existit. Et per eum omnia dissoluitur.

et per ipsum omnia noua et uetera sciuntur. Iste enim est in ue-
ritate primus et nihil in eo deficit. nec aliquo alio indiget. cum
ipse sui ipsius et aliarum rerum sit causa. nec ab alio recipit qualitas
res. Iste uero non est corpus nec ab aliquo corpore compositus.
nec est mixtus aliquo alio extra se. sed totus est in se ipso. Et ideo
dicitur non potest nisi unus. et proprie est una ueritas unica
unitas. et per eius unitatem quaelibet res unitate habet. Et ipsa
est prima ueritas. nec alterius indiget ueritate. quaelibet res
ab ipso ueritate habet et recipit. Omnia enim absque eo sunt imper-
fecta. nam ipse solus perfectus est. nec ueritas perfecta absque sua est
nec unitas. Sola autem eius ueritas uel unitas perfecta dici potest.
Omnia uero sunt sub eo. et ab ipso ueritate et unitate gene-
rationem atque corruptionem tanquam a sua causa accipiunt. Et pro-
hoc sciri potest quam partem quomodo et qualiter quaelibet res ab ipso
recipit de predictis. Iste namque solus scit ordinem egradationis
generationis et corruptionis omnium creaturarum. et que earum
sunt prima. uel que media. Quae uero postremae sunt cau-
sae earum corruptionis. et quae ipse non sunt cause generationis
in aliquo. Et quae mediae causa habent in earum corruptionem. et ipse
sunt cause corruptionis omnium existentium sub eis. Et pri-
mus est causa generationis et corruptionis omnium aliarum
rerum sub eo existentium. et quae nihil eo altius et perfectius et quod
sit causa eius generationis et corruptionis. nec est praeter eam
aliquid quod perfecte scire ualeat ordinationes rerum factarum. uero
et qualiter eleuantur postremo per comparationem unius ad aliud
ut convenientiam habent cum primis. Et et qualiter a primis
descenderint per ordinem ut convenientiam habent cum primis.
Nam ipse solus primus est prima perfectissima et scientia ueritatis
et quae scire est res nobilis et summa et quotiescunque scire de-
bes in deo s. mandatis ipsius atque in hominibus eiusque scire
sensus et bonitas ab ipso procedunt. et uisus spiritus est lux nobilis
et alta. Et qui in ipso scire intendit. res ipsius mundi debet

despicere. cum finem habeant. et nulla in eis sit stabilitas. et ipse tanquam
ab alto mundo hominis spiritus descendit. et ideo dehydrare debet ad
suum locum reuerti unde uenit. et ubi fuit radix eius. ubi
quae sciet qualis est mundus. et eius effectus. et quomodo per eius
creatorem factus sit. et causa sciendi ista est uera sapientia.
Et scias quod ipse deus est factor et creator totius mundi omni-
umque rerum existentium in ipso. et quod ipse mundus et omnia
in ipso existentia ab ipso altissimo sunt creata. Et ratio huius
est nimis profunda. et fortis ad comprehendendum. et
id quod ex ea comprehendere potest cum studio et sapientia ha-
betur. et hoc est maximum donum quod ipse deus homini-
bus dedit ut scirent scire et cognoscere. Nam studere
seruire deo est. Et nota quod scire tres proprietates habet. quarum
prima est quod semper auget et nunquam minuit. secunda quod semper
eleuatur et nunquam degradatur. tertia quod semper apparet et
nunquam absconditur. Item habet tres fortitudines. quarum prima
est quod facit despicere res huius mundi. secunda quod acquirit
mores bonos. tertia quod non dedit nisi quod ipse uult et dili-
git et inquirat illud cum ratione et uoluntate. Quare
scias quod hoc secretum quod in hoc nostro libro intendimus dis-
cipulis acquiri non potest nisi prius acquiratur scire. Et
qui scire intendit acquirere. studere debet in scientia et
eas ordinationem persequi. quia hoc secretum haberi non potest
nisi per sapientiam et scientiam in scientia ordinationem. In hoc
autem secreto est magna profunditas cum qua te multum
admirare poteris.

Capitulum secundum. quid sit nigromantia. et quid eius
proprietates.

Cias quod ista scientia nominatur nigromantia. Nigroman-
tiam appellamus omnia quae homo operatur. et ex quibus
sensus sequatur. Et et ista sunt difficultas intellectui re-
tione sensus. et usui latent suis similitudinibus. Et

Scire tres proprietates
habet

scire tres fortitudines
et habet

hoc ē propter quod sunt potentie diuinae pro antepositis rebus
pro attendendo ad praedicta. Et haec scientia nimis est profunda
et fortis intellectus. Et primus istius scientie est in practica pp q
sua opa sunt de spū in spm. Et hoc in faciendo res similes que
non sunt essentia. et imaginū compositio ē sps in corpore. ac
compositio alchimie est corpus in corpore. Et generaliter nigro-
mantiā dicimus pro omnibus rebus absconditis a sensu et quas
maior pars hominum nō apprehendit quomō fuerit. nec quibz
de causis ueniunt. Et imagines sapientes appellant resam
quod interpretatur uolator. Et quicquid facit imago p uo-
lentia facit. et pro uincendo facit illud pro quo est compositū
pro opere uictoriae facit proportionibus arithmetiis et influ-
entis atque celestibus opibus sunt compositae corporibus pro-
priis ad implendum praedicta in temporibus oportunis et
sustumigationibus quibus fortificantur attrahuntur sps
ad ipsas imagines. et istud scientie elixir assimilatur qd
uincit corpora et alterando ea reducit ad alia corpora
magis munda. et sic imagines facit quia omnia faciunt
p uolentia. Et similiter opatur uenerum quod discurrēdo
corpora alterando ea reducit ad suam naturam propter
quod corpus conuertitur in aliud corpus p uim compositionis
in eo existentis. Et scias q proprietates huius nature que dicit
elixir ex terra. aere. igne. et aqua. composita ē. Et istae quat-
tuor fortitudines adiuuantur in ea et reducunt ad ipsius
proprietatem et naturam. et haec natura quando ingre-
ditur et penetrat in quo uis corpore suas spargit pres ut ma-
gis alleuēt alteratū et habilis obediāt et eiusdem transmu-
tetur nā gubernationi. Et similiter elixir idem in alchimia
facit quia leniter conuertit corpora de una nā in aliam
nobiliores primo cooperiendo spm dicitur striderem. et tol-
lendo sonum et sorditiē. Et istud est secretum elixir
secundum sapientes antiquos. Et hoc nomen elixir iter-

pretatur fortitudo que alias fortitudines frangit conuin-
cendo et transmutat et de una proprietate ad aliam q
usque reducit eam ad sui similitudinē. Et elixir ē nō pot
nisi compositum ex animalibus. arboribus et uegetabilibus
et de mineris pro una pte compositionis quemadmodum
dicunt qui dicunt q assimilatur mundo et mundus est
compositus ex rebus illis quas diximus. Et similiter elixir
debet ē compositum ex istis similibus rebus quia qualibet
pars eius recipit aliam in unam et ingreditur una in altera
propter quod arbores nō possunt stare p se met ipsos. nec alia
uegetabilia. nec animalia stare possunt absque uegetabilibus
et similiter minera indiget coctione et ut ignis cum humi-
ditate et ut aeris. et tunc adimpletur. Et hoc inuenimus
in libro q nominatur Liber de ordinationibus. Hunc autem
ad nostrum propositum redeamus. Et dico q nigromantiā
diuiditur in duas pres. s. in theoreticam et practicam. Theori-
ca est scientia locorum. stellarum. fixarum. quia ex eis componunt
celestes figurae et formae caeli. et quomō radios suos pro-
iciunt in planetas se mouentes. Et ad sciendum figuras
caeli qn intendunt illud facere quod querunt. et in hoc co-
prehenditur totum illud quod antiqui sapientes dixerunt
de electionibus horarum. et temporum. ad opus imaginum.
Et scias q ille qui scit equaliter in faciendo imagines q scit
constellatione et conueniente rebus pro quibus imagines
funduntur. Et ē uerba sunt in una ptium nigromantiā.
quia uerbum in se hnt nigromantiā uirtute. Ideo dicit pla-
to quemadmodum amicus malis et obdubriosis uerbis fit
inimicus. sic bonus et amicabilebus uerbis inimicus effi-
citur amicus. Et ex hoc patet q uerbum in se hnt pote-
tiam nigromantiā. et maior fortitudo est quando plu-
res fortitudines ad inuicē conuincunt. et tunc comple-
ta est ars nigromantiā. et est haec theoretica. Practica.

Liber de ordi-
nationibus.

Hic in quo stat theo-
rica istius artis.

Platonis comparatio

uero est compositio trium naturarum cum uirtute infusionis
stellarum fixarum. Et hoc sapientes appellant uirtutem et nesciunt
cuius materiam est neque qualiter aduincantur uirtus producta
postquam uero infusio aduincata fuerint ista que hinc uirtutes pro
dictas debent habere calorem elementarem et hoc est in sustinenda
tione que adiuuat ad complendam uirtutem illam incom
pletam. Et debent similiter habere calorem naturalem hoc est ad
comedendum. Et ista duo completa et non possunt sine spiritu
animalis et hominis. Et scias quod nigromantia uno modo acquiritur
actis et opibus et alio modo subtilitate. Illa uero modo acquiritur
actis et opibus quibus operatus est sapiens mundus de circulo
lunae et sapiens qui loquutus fuit in libro de alphiha. ut dicitur
in eodem libro loco in quo dicitur quod accipias quatuor uires et
pars que acquiritur subtilitate est ex opibus quibus operatus
est ille sapiens qui operatus est in motibus circuli saturni. Ac et
sapiens motus circuli ueneris et si duo sapientes et loquuti
fuerint in palegato libro. Et antiqui sapientes grecorum operabantur
subtilitatibus ad usum alterandum et ad faciendum apparere
ea que non sunt et hoc nominabant sciendam imaginem perolephaye
quod interpretatur attractio spirituum celestium. Et hoc nomen
imponunt omnibus partibus nigromantie. Et nomen habuerunt
sepulchrum. Ab ipsa astrologia quam ad minus scientiam habent figurarum
in octaua sphaera existentium suorum motuum aliarumque sphaerarum
et dimensionis 12 signorum cum suis gradibus et eorum naturarum
et qualitatibus cuiuscumque signorum et eorum cuiuscumque significatio
nisi in rebus mundi et partium cuiuscumque planetarum et ipsis duo
decim signis et Zodiaci motuum et aliarum rerum commutat
cum dictis et naturarum 7 planetarum capitique et cauda draco
nis et eorum loca in caelis et cuiuscumque eorum significatio in rebus
mundi et ascendentiis et radicibus significatio que sunt
radices astronomie et sciendi que planetarum 7 in figura do
minet et cognoscendi ordinem suum in illo dominio et extra

hendi partes planetarum in Zodiaco. Et haec sunt sine quibus non
potest aliquis ad opus istius scientiae peruenire. et haec omnia in libris
astronomiae inscribuntur. Et hoc est quod dicit primus sapiens
qui locutus est in libro preallegato de alphiha ubi dicit me super
pra septem calos eleuauerunt. Vult dicere quod sciunt omnes suo
motus cum suis qualitatibus per uiam cognitionis et sensus et hoc
est quod ait deus quando dixit. Exaltemus eum in altum.
Vult uero dicere quod si deus sensum et intellectum dedit ut ad al
tas scientias ualeat peruenire.

Capitulum Tertium Quid sit caelum et cuius materia.

Orma uero caeli est sphaera rotunda. equalis in sua superfi
cie sic sunt omnia que sunt in ipso in suis qualitatibus et
temporibus. Et quidam existimant quod caelum in primo ipse ap
paret non rotundum in suis qualitatibus quod falsum est cum caeli
forma sit propria forma et aliter esse non potest cogitanda forma
ipsa quasi dicat quod sphaera est primus et quod antiquus sit in mundo
Nam sine dubio id quod est primus et antiquus in mundo forma
debet habere completam formam autem et figura completa est circulus
quia est prima figura inter omnes figuras et ipse una linea con
tinetur et in generationis et corruptionis mundi potest esse in
caelo. Et e conuerso non potest aliqua pars caeli in generationibus et
corruptionibus per essentiam esse in mundo. Et hoc nullatenus esse
potest nisi in et suspensione. Est enim caelum quemadmodum di
ximus sphaera rotunda in omnibus suis partibus et ualde in sua ro
tunditate equalis linea quia circulari continet speciem me
dia est punctus a quo omnes lineae ad ipsam lineam circumscri
bitur deducuntur sunt aequales. Et punctus ille centrum dicitur.
Et dicunt quod istae lineae significant radios quos stelle proici
unt in mundo in centro. Et hoc est opus et uirtus imaginum
et hoc modo operantur. Et ut diximus caelum esse sphaeram rotun
dam et totam esse continet mundus sua capacitate. Et talis
sphaera nullum habet excessum nec locum et est figura in se permanens

et ab ipso omnes potentia spirituum eleuantur et celum stellarum
fixarum est intra eum: et eius centrum ab ipso est separatum cum
eius centrum sit in medio centro terre. Et natura celi est una
natura: Et omnes motus tam corporum quam naturarum sequuntur motu
celi. Et omnis calor est ex eo: et per hoc intendimus quod quicquid
fit in mundo fit per eum. Et gradus celi sunt 360. in prima diui-
sione et totidem figurarum: et per eos omnia uidentur in astrologia
diuiduntur quoniam et uidentur sequuntur imagines celi: et
celum est causa omnium operationum inferiorum. Opera autem et potentia
quando planeta sunt in eis et aspectus et coniunctiones quas
ad inuicem habent cuiuslibet manere coniunctionis et opera pla-
netarum que habent in rebus terrenis in mundo sunt istius mane-
re: Quia si fuerit Saturnus mouentur res que sunt fri-
gida et sicca. Et si fuerit Iuppiter res calida et humida.
Et si Mars res calida et sicca. Si uero uenus res modice
caloris et multe humiditatis. Si autem Mercurius debilis
caloris et multe siccitatis. Si uero fuerit luna mouentur res
frigida et humida. Quod si stelle fixe fuerint mouentur suis
potentibus quemadmodum in luna. Et cum aliquis planeta fue-
rit in aliquo gradu celi in quo habeat posse et ipse planeta fue-
rit calidus manifeste et debilis in humiditate et siccitate et
sol trahendo suas uirtutes debemus indicare quod ille effectus
crescet et augetur. Et similiter si inuenierimus quod planeta
sit agens in augmentando rem per suam naturam et fortitudine
illa res erit fortior et potentior in effectu. Et si planeta fuerit
contrarius operatus debilitat effectum secundum fortitudinem
ipsius in illo tempore. Et secundum hoc effectus intelligas pla-
netarum et non errabis. Et hoc accipe debetis in libris astrono-
morum. Capitulum Quartum de generationibus propositionibus
et compositionibus celi ad faciendum imagines.

Vando uero sapientes Antiqui uoluerunt facere ima-
gines: non potuerunt referre constellationes que sunt

11.
radices in scientia imaginum et sunt quibus patefiunt suos
effectus. Nos autem dicere intendimus istarum constellationum
radices cum quibus te uiuabis in omnibus operibus imaginum.
Et ista radices erunt opus celi pro effectibus imaginum.
Illi autem qui imagines facere querunt primo equationem pla-
netarum scientiam habeant aliarum que constellationum necno et
motuum celi. Et uerum simuliter debent credere in operibus
que faciunt in imaginibus quod illud quod faciunt erit ue-
ridicum et sine dubio: nec dubitent aliquid de ipsis effecti-
bus: et hoc non faciunt causa tentandi et probandi utrum
sit uera an ne imago credant in suis uoluntatibus uero-
tate. Et quod per hoc roboratur spiritus rationalibus et adiungitur ad
illam uirtute mundi aliorum ex quo procedat spiritus illius ageris
in imagine et tunc erit quod queritur. Hunc autem uolo te
docere quod ualde necessarium est istis operibus et est operans quod
magis est circa hunc mundum. Dico enim tibi quod non facias
aliquid de istis operibus nisi luna existente in gradu conuenienti
et appropriato illis operibus que facere intendis. Quia luna in istis
inferioribus habet potentias et opera manifesta que cuiusque non la-
tent. Et postea dicam tibi summam conclusionem in istis acti-
bus que multum tibi proderunt in istis operibus. Sed ad
presens dicere intendo effectus et opera lune inter 28 sua-
rum mansionum secundum quod concordati sunt omnes sa-
pientes in 28 mansionibus lune. Prima uero mansio lu-
ne dicitur Almach: et incipit in primo medio arctis et finitur
in 6. 12. 18. 24. et 30. eiusdem signi. Et sapientes in die
incipiebant ieiunare et sumebant medicinas quando luna erat
in hac mansionem. Hanc autem mansionem ponere debes pro
dicere in omnibus imaginibus que facere intendis pro eunibus
in uia: ut secure uadant et cum salute reuertantur.
Debet et poni pro radice ad discordiam et inimiciam
inter uirum et uxorem ponenda: inter duos amicos ut

fiant inimici: et et inter duos socios discordiam ponere.
Fundamentum quod obseruari debet in omnibus actibus et op-
ibus bonis: s. ut videas q. luna sit in bono esse: sit salua a sa-
turno et Marte et combustione solis. Et e. conuerso in omni
ope malo: s. q. luna sit in combustione solis: et saturnus uel
mars uel saltem alter ipor. respiciat eam.
Secunda mansio dicitur Alchazam et incipit in Ariete 6. 12.
m. 41. 2. 26. terminatur in eiusdem signo 6. 29. m. 42. et fit
in ista uero mansione facias imaginem cum riuos uel pueros
fodere uolueris et et thesauros absconditos inueniendum et
p. multitudine tritici seminari: et ad destruendum domor.
edificia ante q. sint completa. Et similiter facias in ea ima-
ginem ad faciendum rabiam unum hominem pro alio et et
ut magis sit fortis et firmus carcer captiuor.
Tertia mansio dicitur Acoraxa et incipit in gradu predicto
et finitur in 6. 8. m. 34. f. 2. tauri. In hac uero mansione
facias imaginem ad nauigantes p. mare saluandos: ut cu
saluti redeant. Et pro carcere captiuor. firmando et pro
complendo opera alchimie et pro opibus omnibus que
cum igne fiunt. Et pro uenationibus in terra: et ad pone-
dum dilectionem inter uirum et uxorem.
Quarta mansio dicitur Alchazan et incipit in tauro 6. 8.
m. 34. f. 2. et terminatur in eiusdem signo: s. in 6. 21. m. 29.
2. 44. In hac aut. mansione facias imaginem ad ciuitatem
damnandam: uillam uel aliquod aliud edificium quod
uolueris no. durare et ad destructionem pergant: et ut do-
minus abhorreat seruum. Et ad ponendum discordiam
inter uirum et uxorem: et pro damnando fontes pueros
et illos qui querunt thesauros subterratos. Et ad interfici-
endum et allegandum omnia reptilia animalia uenerosa.
Quinta mansio dicitur Almutes et incipit a 21. 6. m. 24. 2.
44. tauri et finitur in 4. 6. m. 10. 2. geminor. In ista

13.
at mansione imagines fac pro ponendo pueros ad artes et mi-
nisteria adiscenda: et ad saluanda itinera per gentes et ut ue-
lociter redeant. Et ut nauigantes salui uadant: et pro melio-
rando editura et duor. societate destruendam. Et ad beniuo-
lentiam mariti et uxoris ponendam. Et hoc qn. luna fuerit
in signo huino et ascendente saluo a Saturno et Marte et com-
bustione: uel ut supius in prima mansione narrauimus. Et h.
sunt signa humana Gemini. Virgo. Libra. Sagittarius et Aq.
uius.
Sexta mansio dicitur Athaya et e. a 4. 6. 17. m. 10. f. geminor.
usque ad 6. 17. m. 2. 26. eiusdem. In hac mansione facias
imagines ad ciuitates et uillas damnandas. Et pro exer-
cibus circa eas ponendis. Et ut inimici regum ex eis sum-
ant uindictam. Et ad messes et arbores damnandas. Et
ad amicitiam inter duos socios interducenda. Et pro melior-
ando uenatione in terra. Et ad medicinas damnandas ut
eas capientibus no. opentur.
Septima uero mansio dicitur Alaman et incipit a 17. 6. 8. m. 36. 2.
geminor. et terminatur in fine eiusdem. In ista mansione facias
imaginem ad augendas mercationes et eaz. lucra ut ad bonum
uadant. Et ad augendas messes. Et ut salubriter uadant na-
uigantes in aqua. Et ad ponendas amicitias inter amicos et
socios. Et expellendas miasmas ut no. ingrediantur quo uolu-
eris. Et ad destruenda magisteria. Et erit bona ad eundem
coram rege uel alia psona. Et ad faciendam inclinam re-
gram beniuolentia uel alterius dñi cuiuscunq. uolueris.
Octaua uero mansio dicitur Anathia et incipit a 6. 1. cacti.
et durat usque ad 12. 6. 41. m. 26. 2. In ista mansione facias
imaginem ad amorem et amicitiam. ut saluus pgar ille qui
uadit p uicos et carteriam. Et ad ponendam amicitiam
inter duos socios. Et ut carcer captiuor. sit ualidior. Et
ad damnandos et affligendos captiuos. Et ad expellendis

mures ex quocumq; loco uolueris et cimices.
Nonā uero mansio dicitur Astraf. et incipit i 12 g. 41 m. et 26.
f. eiusdem. In hac autē mansione bonū est facere imagines
ad messes damnandas: et ad infortunandū euntes i itinē
Et omnes homines facere malum Et ad ponendas lites et
inimicitias inter socios: Et ad defendendum se homo ab alio
homine qui aliquid ab eo perierit.
Decima mansio dicitur Algebahal. et incipit a 6. 24. m.
42 f. 2. cancri et terminat i 8. 6. m. 34. 2. 18. leonis In
ista mansione facies imagines ad amorē inter uirū et
uxorem: et ad damnandos inimicos: et ad firmandum
carceres captiuorū et ad firmanda aedificia et p compl
endo ea: et ad beniuolentiā sociorū ad auxiliandum se
ad inuicem.
Undecima mansio dicitur Azobra. et incipit a 6. 8. m. 34 et f.
18. leonis. et finitur i 6. 24. m. 2. 2. 44. eiusdem. In ista mā
sione facies imagines ad extrahendos captiuos: et ad ponē
dum exercitus ciuitatibus et uillis: et ad mercancias
dirrigendas: et lucra i eis. Et ut uiaiores p caminos
salui uadant et incolumes: Et ad firmandum aedificia
ut sint stabilia: et ad augendas diuitias sociorū.
Duodecima mansio dicitur Acarsa et incipit i gradu 21.
m. 24. et f. 44. leonis: et terminatur i 8. 7. m. 17. f. 6. uir
ginis In hac uero mansione facies imagines ad meliorandas
messes et plantas: et ad diuitias cuiuscumque queris p
dendas: et ad naues pndas Et pro meliorando socios
magisteria captiuos et seruos q. fiant stabiles et bona hēant.
Tertia decima mansio dicitur et incipit i 8. 4. m. 17. f. 6.
uirginis et durat usque ad 8. 17. m. 8. 2. 36. eiusdem. In ista
uero mansione facies imagines ad augendas mercancias
et earū lucra: et ad crescendas messes et ut uiaiores bene
hēant i caminos: et ad complenda aedificia et extrahendos

15
carceratos: et ad colligendum se hominibus altis ut bene ex
eis hēatur.
Quartadecima mansio dicitur Acimech et incipit i 17 g. 8. m.
36. uirginis. Et terminat in fine eiusdem. In ista uero man
sione facies imagines ad amorē uiri et uxoris et ad sanan
dos infirmos physica et medicina et ad damnandas messes
et plantas: et ad pndum libidine: et ad damnandos euntes
p caminos: et pro meliorari reges ut bene hēant et ascēd
ant eorū regna. Et ut nauigantes bene pgant et salui et
ad amicitiam sociorū.
Quintadecima mansio dicitur Algastra: et incipit i primo
g. librae: et finitur i 8. 12. m. 41. f. 26. eiusdem. In ista uero mā
sione facies imagines ad fodendos puteos: et ad ingrendos
thesauros: et ad impediendum uiaiores ut ire nequeant
i diuerbis suis: et ad diuidendum maritum ab uxore ut
nunq; se iungant ad inuicē: et ponendum discordiam
inter amicos et socios: ad dispergendum inimicos a suis lo
cis et ad destruedas domos inimicorū.
Sextadecima mansio dicitur Acubene: et incipit i 8. 12. m. 41
f. 26. librae et terminatur i 24. g. 42. m. 42. f. 18. In hac uero mā
sione facies imagines ad merces damnandas messes et plan
tas: discordia inter amicos uirum et uxorem ponendam et
ad damnanda mulierem quā queris euntes i itinere
impediendū ne uicus ille compleat. Et ad generandam
discordiam amicorū et captiuos a carceribus liberandū.
Septima decima mansio dicitur Alchil: et incipit i 24. g. 42
m. 42. f. librae et terminat i 8. 8. m. 36. 2. f. scorpionis. In ista
autē mansione facies imagines ad deceptos meliorandū ut
bene succedat eis: et ad ponendos exercitus circa ciuita
tes et uillas: et ut aedificia firmiora sint et stabiliora et
ad nauigantes i aqua saluandos Et omnes cōcordatis
q. componentes amicitias cū amico et uirū sit i ista

mansione q. ipsa amicitia durabit et nunq̄ destructur
et ideo in ista mansione facies omnia quae sunt ad amorem
durabilem ordinanda.

Octava decima mansio dicitur Meab et incipit i 8. g. 38. m.
2. f. scorpionis. Et durat usque ad 21. g. 29. m. et 44. f. eius-
dem. In hac uero mansione facies imagines ad homines contra
reges conspirand. et uindictam de inimicis et quicquid uolueris
eris. et ad edificium edificandum atque firmandum. cap-
tivos ex carceribus liberandos. et amicos diuidendos.

Nondecima mansio dicitur exaala. Et incipit i 23. g. 29. m.
49. 2. scorpionis. et terminat i 7. g. 27. m. 10. f. sagittarii. In
ista aut. mansione facies imagines pro exercitu circa ciui-
tates et uillas ponend. ipas ingrediendo et acquirendo. et
quicquid ex eis uolueris. et hinc diuitias cuiuscumq. pla-
cuerit. distrahendo homines inuis loci expellendo homines
euntes p. carceras et uicos meliorando messes augendo. cap-
tivos fugando. naues destruendo. et captivos interficiendo.

Vicesima mansio dicitur Hahym. et incipit i 2. g. 7. m. 28. f. 10. sa-
gittarii. et terminat i 2. g. 17. m. 3. 46. 2. eiusdem. In hac uero
mansione facies imagines ad bestias prauas et inobedientes
domandas existentibus i carceras cito reuertendas. Quos
uis homines ueniend. quo quaeris bonos homines inuice
sociandos. carceres captiuos firmand. et eis mala inferre
et diuitias socior. damnando.

Vigesima prima mansio dicitur elbeld. et incipit i 2. g. 17. m.
3. 48. f. sagittarii usque ad finem eiusdem. In hac mansione
facies imagines ad firmand. edificia messes crescendas.
et qui i eis lucrati fuerint diuitios firmiter remanen-
tentes p. uicos saluando. et uxorem a proprio marito se-
parando.

Vigesima secunda mansio dicitur caadaldeba. et incipit i
primo gradu capricorni. et durat usque ad 2. g. 12. m. 49.

f. 26. eiusdem. In ista mansione facies imagines ad infirmi-
tates saluandas inter duos homines discordiam ponendo
seruos captiuos fugiendo inter socios benivolentia hinc et
captiuos euadendo.

Vigesima tertia mansio dicitur C. acidebolach. et incipit i 12. g.
41. m. 28. f. capricorni. et finitur i 24. g. 42. sed eiusdem. In ista
uero mansione facies imagines ad infirmitates sanandas ad
iungendum uirum. ad uxorem diuidendum. captiuos eu-
adendum. et de carceribus fugiendo.

Vigesima quarta mansio dicitur caadalchot. et incipit i 24.
g. 42. m. 11. f. capricorni. et durat usque ad gradum 8. m. 34.
f. 28. aquarii. In ista uero mansione facies imagines ad mer-
cimoniam meliorand. et eis lucrand. inter uxorem et maritum
benivolentia hinc milites ex inimicis uictoria reportando
socior. diuitias damnando. magistris obuiando ut non imple-
antur.

Vigesima quinta mansio dicitur caadalghacbia. et incipit i 8. g.
m. 34. 26. f. aquarii. et terminat i gradu 21. m. 24. f. 44. eius-
dem. In ista uero mansione facies imagines exercitus circa ci-
uitates et uillas apponend. ex inimicis uindictam capiendo
ipsisque mala quantum libuerit inferend. inimicos manne-
do nunciaturas complere. et ut cito reuertantur. uxorem
a uiro diuidendo. messes damnando. uirum cum uxore et
uxorem cum uiro ligare ne ad inuicem ualeant committere
quodcumque membrum humani corporis uolueris ligando
ut ex eo seminare non possint. C. aptiuor. carceres magis
afirmando. et est bona ad edificia compendenda.

Vigesima sexta dicitur almagdam. et incipit i 2. g. 21. m. 24. 44. f.
aquarii. et finitur i 4. g. 17. m. 10. f. piscis. In ista uero mansione
facies imagines pro ponendo homines ut se ad inuicem diligant
et uisus i carceribus saluando. edificia. carceres captiuor. fir-
mando. et ipsis mala inferendo.

Vigesima septima mansio dicitur algaafalmuli algaafalmuubar
et incipit i 4 g 17 m 16 f piscis et finitur i 8 17 m 8 36 f eiusdem
In ista uero mansione facies imagines ad mercumonia acci-
genda et in eis lucra acquirenda socios associando messes au-
gendo infirmitates sanandas. Cuiuscumque uolueris diuitias
pcedendo adfutia ne fiant impediendo nauigantes p mare
pcedendo carceres captiuos prolongandos cuiuscumque uolueris
mala inferendo.

Vigesima octaua mansio dicitur arretx et incipit i 17 g 8 m 36 f
piscis et durat ad fine eiusdem in ista aut mansione facies
imagines ad mercumonia augenda ciuitates obsidenda messes
crescendas res compensandas et perdendum iocalia et thesau-
ros pcedere faciendo euntes p carcerias sani uadant et cum
salute redeant inter uirum et uxorem pacem et concordiam
infundendo carceres captiuos firmando ppsque nauiga-
tibus i nauibus inferendo.

Apientes uero sudi has 28 mansiones pro radice tene-
bant i omnibus eoz opibus et electionibus Et radix hi
est ut aspicias i omnibus bonis lunam et saluam a Saturno
et Marte et eoz aspectibus et a solis combustione et coniugat
fortunis bonis aspectibus trino uidelicet aut sextili aspectu
et i omnibus his aspicias q luna separerur a fortuna et
alteri fortuna iungatur Et e conuerso facias i malis opi-
bus Et oportet opatorem artis magicæ ee credente i suis
actibus sine aliqua dubitatione opis: quia istud e dispo opati
quia bene disponatur ad recipiendum opa predicta et in-
tuitus ex illis quas facere intendit Et talis dispositio s istius
nature no pot ee nisi i homine tantum Sed dispositio q ee
i aliis sensibilibus e quemadmodum recipiunt sensum ad hunc
suis propriis naturis sicut cera leuiter recipit formas impr-
estas i ea et quemadmodum recipiunt demoniu demoniacus
uirtute alterius pp qd corpus eius est dispositum ad re-

cupiendum tale demonium et hoc pp debilitate membrorum
impotentium ad resistentia talium faciendam Et simi-
liter inuenitur dispositio debilitatis loco fortitudinis que
admodum est dispositio q oportet i rebus ex quibus imagi-
nes componuntur. Omnia enim sunt disposita ad recipi-
endum aliquod opus congruum eis et hoc est radix in
istis opibus et omnes concordati sunt i ea Et quando fue-
rit dispositio ad recipiendum talis erit receptio facta Et
cum fuerit receptio erit opus patens et manifestum et fi-
gura recipiet fortitudinem et erit opus quod queris quibus
materia et forma erunt i unum conuicte ut unum figa
hominis i speculo et aqua et sicut est unitas spiritus cu
corpore

T cum facere uolueris opus tuum i die disponas ut
luna sit i ascendente et ascendens sit ex signis diur-
nis Et si fuerit i nocte sit ascendens signum nocturnum
Et si fuerit ascendens ex signis directe ascendentibus erit
opus magis leue et certum Et si fuerit ascendens ex signis
tortuose ascendentibus grauius erit opus Et ideo meliore
mentum et eoz nocumentu est ex aspectibus fortunatus
ut si ascendens eet ex signis directe ascendentibus et infor-
tuna eet in eo damnificat destruit opus et grauat eum
i die Et si fuerit ascendens ex signis tortuose ascendentibus
et in eo fortuna uel ipm conspiciat bono et amicabile aspectu
erit illud opus leue ad faciendum Et similiter qn ascendit
signa diurna i nocte et nocturna i die fortune aspicientes
ea dirigunt et fortificant Et si aspexerit infortunata destr-
uunt Et illam q intendit imagine facere oportet q oio
cognoscat signa tortuose ascendentis et directe fixa et mo-
biles et communia et diurna et nocturna planetas for-
tunatos et infortunatos Et quando luna est salua ab
accidentibus sibi contradicentibus et cognoscat qd imagi-

gimbus sunt propriati et appropriati planeti et omnia fig^a
Et caueas in quantum poteris opandi opera ad bonos effect^{us}
pertinentia luna existente in ecliptica ac et sub radius solis
p^{er} g^{radu} 12 ante uel retro et eodem mo^{do} saluaberis a Saturno et
marie et q^{uia} ipsa non sit descendens in latitudine meridionali
quando egreditur ductos 12 gradus superius notatos Et illa
idem in oppositione Et caueas similiter q^{uia} non sit minoris
cursu et tarda quod est quando incedit minus 12 gradibus
in die q^{uia} tunc assimilatur motus saturni et q^{uia} non sit in
combustis quod est magis cauendum uidelicet a 18 g^{radu} libra
usque ad 3 gradus Scorpionis. Hec in fine signor^{um} qui sunt
termini infortunat^{us}. Hec cadens ab angulo medio caeli uide
licet in octaua domo. Et si forte contingeret in aliquibus opibus
expresse necessarius que nullatenus expectari possent usq^{ue}
ad aptatione lune ab omnibus supradictis infortunis pond^{er}
ione et uenerem in ascendente uel medio caeli quia ipsi recti
ficant infortunis lune. Et scias q^{uia} quicquid dicimus noⁿ
dicimus nisi ad discopendum secreta que in libro sapientu
sunt scripta. Et rogamus deum omnipotentem q^{uia} sua prest
it et mercede liber iste non pueniat nisi ad sapientu bonor^{um}
uitor^{um} manus Tu aut^{em} custos esse debes opis predicti ut ne
mini reueles indigne.

Capitulum quantum de exemplis propositionis et eis q^{ui}
indigemus ad faciendum imagines.

Um imagine facere uolueris ad amorem inter duos
ponendum et q^{uia} eor^{um} amor et dilectio habeant roborem
firmitate facies imagine ambor^{um} et in suis similibus
et fiant in hora iouis uel ueneris et caput draconis sit in
ascendente et luna sit cum uenere uel eam aspiciat bo
no aspectu Et dominus septime domus aspiciat dominu
prime domus trine a sextili aspectu Et postea dictas im
gines intimal unget amplexatas et subtera eas in loco alteri

710

cor illius in quam uis ut magis diligat alium et fieri qui
uolueris. Imagines ad generandum pacem et amorem
duos facias duas imagines sub ascendente eius interroga
tionis et fortunabis ascendens et io^{ne} domi et remoueas
infortunis ab ascendente et ponis domi io^{ne} domus for
tuna et ipsam aspicientem domi ascendente de trino
et sextili aspectu. Hec aut^{em} pacificere intendo aliqua
necessaria in aspectibus dicendo u^{el} q^{uia} aspectus trinus est
complete dilectionis et ratio est quia omne signum
igne nature aspiciat aliud eiusdem trino conspectu
Et signum terre nature aspiciat aliud eiusdem na
ture trino conspectu Et similiter intelligendum est de
signis aeris et aquaticis. Et ex ipso conspectu copietur
perfecta amicitia. Et aspectus sextilis est medie ami
cicie propter quod signa isto aspectu se aspicientia con
cordantur in naturis actiuis et non passiuis et ista de ca
uocatur aspectus medie amicitie. Et aspectus quartus est
medie inimicicie quia aspiciunt se ex duabus naturis co
trariis. Et aspectus oppositus est perfecte inimicicie eo q^{uia} si
gna se aspicientia contrariantur se ad inuicem in omnibus
quattuor qualitatibus naturalibus. Hunc aut^{em} redeamus
ad nostrum propositum. Et dico q^{uia} facies duas imagines si
fuerit pro duobus amicis cuius ascendens sit undecima
prime domus predictae imaginis prime. Et si fuerit uir
et uxor inter quos uolueris amicitiam generare sit asp
ectus secunda domus imaginis septima domus prime et
facies q^{uia} d^{omi}nus ascendente illius qui querit redire ad ami
ciciam aspiciat dominu ascendente alterius bono aspectu
et q^{uia} bene recipiatur ab eo bona receptione postea ungas
imagines et ipsas subtera in loco illis q^{ui} querit amicitiam
et erunt amici abinde dante. Imago ad amorem inter
duos ponendum. Facies duas imagines ascendente p^{ri}ma

facie cancri: et uenus i ea et luna i prima facie tauri et i
secunda domo. Et cum imagines sic facis adiungas eas
amplexatas adinuicem et subtera eas i loco alterius eor
et diliget se et habebunt amore durabilem inter eos. Et
istas appellant figuras alterationis: et de eis loquitur ptho
lomeus i libro Centelegn uerbo 33. Et nos loquuti erim²
de hoc i libro huius nostri uoluminis. ibi. u. explanabim²
si deus uoluerit. Imago ad amorem durabilem: facies
duas imagines et ponas fortuna in ascendente et luna
i tauro unctam ueneri: et scribas i una imagine ci
fram uidelicet figuram algorismi qua talis est 0 2 2 0
dicib; ipsamq figuram scribas i alia imagine 2 8 4. uici
bus: et ambas ungas insimul se amplexantes: et tunc
erit completus amor durabilis inter eos. Imago ut re
ges et magnates quencunq uolueris diligant et ament.
Facias imagine forma illius hominis et i nomine suo
hoc modo fortunabis ascendens fortuna forti que no
sit cadens nec retrograda aut combusta: et dominus
ascendentis sit fortis et i bono ee et directus et i sua
exaltatione dno 10. aspiciat dnm ascendentis terno
uel sextili aspectu cum receptione forti. Et q, dñs
ascendentis sit i signis impanibus: et dñs decima sit
i signis obedientibus: et qdñi ille pro quo facta fuerit
supradicta imago penes se habuerit eam diliget: et
honorabit. Et quod queret a dñis quibus comiserit
habebit. Imago ut dñs diligatur a suis hominibus et
obediant ei. Facias duas imagines quar; una facias
i hora iouis: et luna solem inspiciat bono aspectu et se
parata sit ab infortunis: et ponas caput draconis
i ascendente. Deinde facias aliam imagine cuius asc
dens sit quinta domus ab ascendente prima imaginis:
et hoc i hora ueneris: et caput draconis sit i ascende

23.
uel aspiciat ipm ascendens i bono aspectu: et hoc i hora lu
na: et luna sit libera ab infortunis. Et subtera imagine
sub ascendente aliquor; signor; fixor; et i hora saturni
et cu hoc feceris amabitur ab omnibus suis subditis et ei
obediunt. Imagines ut seruus diligat dñz suum et fa
ciat bonum. Fiant dua imagines: quar; una fiat i
hora alicuius planetar; altior; ut luna crescens luit
et caput draconis i ascendente 4. 7. uel 8. domo Et
secundam imagine facias i hora alicuius planetar;
inferior; cuius ascendens sit decima domus ascen
tis alterius imaginis nuc hic nominata. Et cauda
draconis sit i ascendente 4. 7. uel 8. domo Et qñ
istas duas imagines hoc mo feceris eas insimul ample
xatas adiunge et subtera eas i loco illius q amorem
alterius querit. Imago ad habendum dignitate a domo
Facies imagine et fortunabis ascendens i 10. dominum
ascendentis similiter et remoue infortunias ab ascende
et eius domino: et ponas fortuna i n. domo aspicietur
eius dominu bono ac laudabili aspectu: et q dñs 8.
domus cu domino ascendentis se adinuicem aspiciat
bono aspectu cu receptione. Et cum imagine sic perfe
ceris teneas eam tecum secreta ne ab aliquo uideatur.
Et cum ueris coram dno: et ab eo offitium uel dig
tate quaeris habebis. Imagines ad augmentandas diui
tias et mercantias. Facies imagine et fortunabis asc
dens i 10. et eor; dnos dominumq; domus dñi ascen
dentis: et dominu domus dñi decima luna et dñm
domus ei secundam qd; domu et eius dñm. Et dñs
secunda domus sit receptus a dno ascendentis terno
uel sextili aspectu et fortuna sit i 2. domo. Et ponas
pñ fortuna i ascendente uel 8. et q dñs pñ istius
fortuna ipam aspiciat bono aspectu fortunabis qd; n

et eius dñz. Et cum hanc imaginē sic feceris custodias
ea tecum tenendo secreta ut a nullo videat. et lucraberis
in quibus facies et habebis in omnibus momentis tuis
Imago ad augmentandas civitates et ad bonum ut
prospiciant. Facies imaginē fortunabis ascendens et 10^m et
eius dñz et fortuna ipsūq; aspiciant et fortunabis
dominū domus 2. et dñz 8. domus. et q. dñs ascen
dentis sit fortuna. et q. fortuna aspiciant. et et fortu
nabis dominū domus ascendens dñi. et luna et dñz
domus luna. Hac vero imaginē sic completa ut dic
tum ē eam sub terra in medio eius civitatis et fiet qd
queris. Imago ad acquirendum amore alterius. Fa
cies duas imagines. quarum unā facies in hora solis et
ascendente virgine et luna crescente lumine ipsamq;
lunam pones in ascendente. q. 7. uel 7. domo. Secundam
vero imaginē fac hora veneris se aspiciant in ioue et
infortunā sint cadentes ab ascendente. et q. ascendens
ipsius imaginis sit 7. domus preducta. et dominus ascē
dentis ipsius aspiciat dñz ascendens preface vino
vel sextili aspectu. Et quando ipas hoc modo feceris ad
vincas eas amplexuras adinuet et sub terra eas in loco
illius q. vult acquirere amore et dilectione. Imago
ad destruendum inimicū. Fiat imago in forma et simi
litudine illius quē vis male trahere in hora martis lu
na existente in scorpione. et quantumq; poteris infortu
nabis ascendens ponendo infortunias in ascendente vel ipas
aspiciant malo aspectu. et q. infortunē et dñs ascendens
se adinuet aspiciant. et q. quantum poteris infortuna
bis dominū q. domus et dominū ascendens se adinu
cem aspiciant et fortunabis dominū ascendens in domo
q. uel q. sit receptus ab infortuna in q. domo aut in ascē
dente. Et hoc cum feceris eum sub terra capite inferi

posito extra civitate in quo ille tuus inimicus manet et fiet
quod queris. Imago ad destruendam civitate
Fiat imago sub hora saturni et qd infortuna sub ascende
te illius civitatis et infortuna et sint in eo et cum dño ascē
dentis et cum domino
et remoueas fortunas ab ascendente et eiusdem domino et
a triplicitate ascendens necno a q. 7. x. similiter. Et cas
imaginē sic pfereris sub terra in medio civitatis et videbis
mirabilia. Imago ad impediendū edificia ut nō fiant
Facies duas imagines. quarum unam facies in hora solis et
ascendente leone. Et alteram hora luna et ascendente
cancro. et q. luna sit crescens lumine et sit salua ab infor
tunis et uelox cursu et cum ipas feceris sub terra eas hora
veneris et impediet edificia. Imago ad fugandū detentū a cādy.
Facies imaginē in forma illius carcerati quem uolueris
extrahere in hora luna ipsa crescente lumine uelox in cur
su et separata ab infortunis. Et sub terra eam sub ascēdente
in domus illius civitatis ponendo faciem imaginis uer
sus domū illius carceratum detinentis. Imago ad
Facies duas imagines quarum unā destruendū inimicum
facies in hora solis et ascendente leone et luna cadente
ab ascendente et alteram facies in hora martis et ascēdēt
cancro et Marte cadente a luna et facies eas ad simi
litudinē unius pcutientis alteram. Et sub terra eas in hora
martis prima facie arctis ascendente. Et cum hoc fe
ceris opari poteris tuis inimicis per quēcunque modū.
Imago ad figurandū quencunq; hominē in suo loco.
Facies imaginē sub ascendente aliquor. signor. tortuo
se ascendenti. Et eius dominus sit cadens ab ascēdēt
q. 7. uel x. domo. et luna sit cadens similiter et sub terra
imaginē in quadrato uia combusta et ponas faciem
imaginis uiri a quo uolueris separare ipas et videbis.

to in quo eius suffumigationes ponas et dum fumus eleua-
bitur dicas. Saluet te deus mercurii bone domine tu qui es
ueridicus sensatus intellectus et in omni maniera scribarum et in
arismetice computationis scientiae colorum et terrae sapiens et in-
fusor dominus es et modice laetitia diuinas mercationum
lucrorum sensuum profundorum dominus et sustentator ac sub-
tilis intellectus. Tu es prophetarum eorumque sensus rationis doctri-
nae sapores diuersos apprehendendi subtilitatis intellectus phi-
losophiae geometriae colorum et terrae scientiarum in indiuatione

geomantice poetice scribendi bene loquendi agibularis sensus
et profunditatis in omnibus magistris et actibus leuitate
de uno negotio in aliud negotium mutandum uincendum
selampium siue nitidum preparandum sustinendum hominibus adiu-
uandum. Et cum ipsis bene se continere pietatis sensus transla-
tatis et maledicendi bona legis erga dominum et legalitatis
hominibus dispositio et significatio. Tu te tua subtilitate ra-
tione latuisti quod tua naturam scire nec determinare tuos
effectus aliqui uoluerunt possunt. Tu cum fortunis fortuna-
es et cum infortunis sis infortunatus. Cum masculis mascu-
las cum foeminis uero foemina. Cum diurnis diurnus et
cum nocturnis nocturnus ex istis et concursus eisdem in cunctis
uoluntatibus naturis. Et cum eis te conformas in omnibus suis for-
mis et in suis qualitatibus te transmittas. Deinde roga et
et cunctis tuis nominibus inuocandos in arabico hotaris
in latino mercurii in romano haruz in senis tyr in iudiano
meda. Coniuro te primo per dominum altum quod est deus summo-
menti et regni alti et magni per ipsum te coniuro ut meam
petitionem recipias et in compleas quod tibi peto et uires tui
spiritus supra me fundas quod sum roboratus et me uiuare
possim in meam petitionem complendo et adseruando scientias
et sapientias aptus sum et dispositus a regibus quidem et
altis hominibus suscipere possim et diuitias honores et ex-
cellentiam coram regibus altis hominibus et cunctis re-
cipere possim. Et propter hoc te coniuro per archangelum qui est
angelus quem tecum posuit pro tuis actibus et operibus com-
plendo ut mea impleas petitionem et mea oratione exau-
dias et in meis orationibus aduertas et ipsas adimpleas ut
peto et me tuo spiritu uiues et fortifices et me regibus
tuo spiritu et potentia in amore iungas et scientias sapien-
tias tua uirtute attingam et tuo adiutorio sic me ui-
ues ut sciam ea quae non scio et quae non intelligo uel

ligere possim. Et ea quae non uideo uideri possim et a me necessi-
tatem et ea quibus minuit intellectus et augetur obliuio
remouere et infirmitate quousque ad gradum sapientiarum
antiquorum sublimium illorum uideat qui suis spiritibus et
uoluntatibus scientias habuere. Et intellectum attingere
possim ut spiritum meo tuam potentiam et spiritum meum transmit-
tas qui me eleuet et statum praefatum attingere faciat et
me in scientiis et sapientiis et in cunctis actibus meis dirigat
et gratiam et potentiam hanc regibus et aliis hominibus ser-
uendi et isto modo diuitias thesaurum aquiram et hanc
mihi compleas repente. Ego enim te conuero per dominum deum
alti firmamenti et regni ualidi domini ut mea petitione recolligat
et omnes meas petitiones per me tibi petitas cum effectu implereas.
Dum autem dixeris praedicta praecias te ad terram uersus
ipsum humiliter et deuote praedicta adhuc semel reiterando
postea tuum caput eleuabis et unum gallum cristam ma-
gnam habentem decollabis ipsumque mox supra dictis com-
buras et eius epas comedas. Sufumigatio autem qua susu-
migare debes. Per ramorum myrti corticum amigdalorum uini-
barum acacie granorum tamaristi uitis squamanti omnium
partes aequales et cum uino puro et delicato incorporentur
et fiant pilulae et usui referuentur. Cum orare uolueris lunam.

Vando luna orare uolueris et ab ea aliquid exprimeris
eidem petere para te in formam pueri et tecum ex aliquo
bene redolentibus herbas et in tua manu anulum argenteum
teneas et in tuis motibus et opibus suis lenis et ornate et
bene punctaliter et ante turibulum argenteum habebis et
in ix die mensis lunarem. Quod dum luna fuerit supra terram
et ipsam aspicias et dicas. Saluet te deus luna quae es domina
benedicta fortunata frigida et humida aequalis et formosa
tu es omnium aliorum planetarum caput et clavis in tuis moti-
bus lenis lumen lucens hinc domina letitiae et gaudii bonorum.

ueroque bona fame regni fortunati es tu legens amans et
res mundi cogitas in tuis cogitationibus subtilis gaudia can-
tibenas et iocunda diligis et amas ambasciatorum et mando-
torum domina et parefaciens secretorum. Tu es libera et pieto-
sa tu ceteris planetis nobis es propinquior tu es maior
omnibus ipsis et luminosa tuboni et mali aptrux tu plane-
tas adiuuicem colligis tu eorum humana desers tua bonita-
te quousque sic rectificas et omnia huius mundi tuo orna-
mento ornantur et tuo damnamento damnantur. Tu dominus
reus inceptio tu es eorum finis tu super omnes planetas no-
bilitate habes et honore et per huius uirtutem tibi peto et
te conuero per ceum qui est angelus quem deus tecum posuit
per omnes effectus tuos complendo ut misereris mei et mea
petitione recipias per humilitate quam uersus dominum
nostrum altum habes et eius regnum ut me in rebus per me
tibi petitis et rogatis recipias. Et omnibus tuis nominibus
et inuoco quod in arabico nomine camar in latino luna in fe-
niz heme in graeco zamahyl in iudiano ceryc et in romano
celeus ut recipias in hoc loco petitiones meas postea uersus
eam praecias te ad terram praedicta uerba reiterando.
Et dum praedicta feceris teneas sufumigationes quae sus-
fumigatio est heremitarum. Cuius compositio ex 28 compo-
nitur rebus hoc modo. Per masticis cardomomi saari-
nae storacis cardelli pipari an 3 i emule myrre squati
darfessahal spicnardi costi incensi croci an 3 2 cucur-
bitae et eius seminum radicem albenen an 3 iij radi-
cum lilii celeste poli iudici pinearum enucleatarum munda-
tarum an 3 iij laudani ipericon foliorum malorum succorum ro-
sarum ayrob th 2 passularum mundatarum th 2 dactilorum
th 5. Incorporentur cum uino subtilissimo quantum suffi-
cit incorporabis omnia eorundem et fiant pilulae ad mo-
gnitudinem cicere. Et cum opus fuerit tecum unum

uitulum bouinum deferas ipsumque decollabis atque eum com-
bures in igne magno ut supra diximus. valuerit ut eius fumus
eleuetur in aere quemadmodum de aliis sacrificiis firmius
loquuti. Et si tuum sacrificium feceris ex aene combures eam
et comedas eius epas quemadmodum in aliis sacrificiis di-
ximus supra. Et sic tuam petitione adimplebis.

Primo autem sapientium in orationibus et petitionibus
opportunitas planetarum dicendum est quod quilibet planetarum
agit in rebus suae naturae consimilibus ut fortuna in bono et
infortuna in malo. Et cum planetas aliquid petere uolueris
adueras ut a domino ascendens idem planeta aspiciatur alimi-
tas si sit orientalis et in quod altitudinis in suo epicyclo eleuetur
nec non orientalis. et tunc petitiones prebent. In nocte uero
uirtutes et effectus planetarum sunt fortiores et magis influ-
entes. Et caueas tibi ut non ab aliquo planeta petas aliquid
quod non sit de sui propria natura quoniam huius damnum
mentum petitionis esset. Sapientes autem qui orationes et
sacrificia fecerunt planetis et in moetheris faciunt pred-
icta. et dum per 8. gradus celum mouetur faciunt sacrificium
uini animalis et similiter dum deprimat alius 8. gradi-
bus aliud sacrificium faciunt. et dicunt quod hermes haec
iussit facere in moetheris sicut in eorum ecclesiis. Quia olim sapi-
entes de praefato hermete dixerunt quod erat dominus trium flo-
ridarum rex philosophia et sapiens et nunquam in suis moethe-
ris sacrificia alicuius animalis duorum colorum nigra nasi
rectu huius nec curum aliquid in aliquo ruptum nec ocu-
lum laesum nec aliquam maculam in corpore huius fieri ma-
dabat. Et dum ipsum animal decollabat statim ei ipsum epas
extraheret ipsumque aspicebat. et si in eo aliquid defectum
fuit maculam inueniebat tunc assererat quod dominus eiusdem
loci notabile impraementum haberet. Deinde praedictum minutu
abat et unicuique astantium dabat ut comederent ex eo.

et non

183
nomabant matrem in eorum idiomate. matrismet. quod nomen
significat dominum malefactorum. et dicunt quod est malefactor.
per quod est leuis in operibus et effectibus malignis. Cuius forma se-
cundum eorum opinionem est forma hominis in eius dextra ense
tenentis in sinistra uero flammam ignis huius. et cum ense
in igne uicissim minando. Quia de causa est honoratus erga eos et
faciunt sacrificia propter metum ipsius et ad prohibendum
eius mala et sacrificia quae faciunt eidem faciunt dum sol
ingreditur arietem quia est domus maris. et similiter cum
ingredietur scorpionem ad sacrificium ipsius et huius unum expi-
mentum in paruis quod est mensa in quo sol moratur in scorio-
ne accipiunt purum et ipsum ducunt ad domum huius operis
secretam et ornata. et ipsum in pedibus erigunt et apportant
unum manipulum tamarisi et ipsum in turbido lateris in igne
accendant. et super puerum uerba maris pronuntia dicunt.
ipsumque uestibus maris induunt. Et si ignis puerum
retro tetigit pro ipso opere iudicant ipsum nescium incongruum
et indoctum ad praedictum opus. Si uero ipsum ignis tetigerit
ex parte ante asserunt ipsum esse huius operi congruum et aptum et tunc
ad domum orationum suarum ducunt. ibique eum aspiciunt si
in cunctis eius membris est sanus. et tunc ad altam domum
obscuram ducunt eum. et eius oculos uelant. et in eius domo
sacerdos paratur mure. Et ponit unam hastam tamarisi
ruberi supra ipsum et eum induunt corio. et iuxta eius pedes
ex dextero latere ponit turbidum igne repletum. a sinistro uero
turbidum cum aqua. Tunc uenit mater pueri cum gallo in eius
manibus sedetque in porta ipsius domus. deinde sacerdos ac-
cipit in eius manibus cacabum aeris ignis flamma repletum
postea sacerdos conuolat ipsum et in eum uinculo sacramenti
inmodat quod eius secreta non patefaciet in eternum. et eum
fortiter retinet ne alicui hoc reuelat dicendo quod si alicui aliquid
reuelaret de praedictis statim moreretur. Et dum praedicta



compleuerit oculos pueri dissoluit et aperit. Venit eius mater
cum antedicto gallo sacerdosque suis manibus accipit ipsum et
supra puerum decollat ipsum statimque mater pannum rubrum
proicit super ipsum et ex ea domo extrahit eum. Et dum
puer statim ipsam egreditur domum ponit in eius digito indice
annulum figuram simiae hircem. Et dicunt ipsi quod primum
sacrificium pertinens saturno est dum consistit in tauro et
eidem fiat sacrificium unius uaccae asserentes quod eius cornua
ad similitudinem coronae sunt facta. Et ex ceteris animalibus
pulchrior et cunctis animalibus sacrificio aptior quo sacrifi-
cium faciebant dum ipsam per aliquod tempus nutriebant
eam ex herbis a uirginibus puellis in ortu solis collectis cibando
et per alios uicos reuertebantur domum quod per ipsos quibus a domo
exiuerant. Et ipsi praedicta omnia pro maximis secretis in
suis operibus habebant et aspiciunt ut uacca praedicta
est totaliter integra omni albedine quocumque indivisibili
carente. et super eius oculos cathena aurea ponatur in suis
cornibus circumuoluta. Et dicunt quod hoc corpus sapiens
hermes docuit. Cum autem ipsam decollare uolebant cam
funibus aptabant et ante ipsam suffumigationibus saturni suf-
fumigabant et orationes quas habebant more graecorum
dicebant. et cum gladio accuto in quo nihil defectus uel di-
minutionis reperiretur eam sacerdos decollabat. et eius
sanguinem in scutella recolligebat et recipiebat eius linguam
auriculas rostrum et oculos et secum diuisum portabat pos-
tea aspicebat sanguinem repositum in scutella et spuma quae
supra sanguinem euclabatur. Et ex ipsa spuma intelligebat
dominium et motum saturni quod et contra eos est primum motus
quod in eo incipiunt motus et finiunt. Et huius sacrificium
facere solebant quando mutabatur ad signum tauri et isti
homines eorum facies et corpora cum uino et saletrico la-
uare solebant ut eorum canes siue pelles efficerent auide.

189
et ut eorum sanguis in eorum corporibus moueretur et tenebant
quod eorum opera complebantur in praedictis. et habebant domum
clausam in qua nemo intrabat et in qua puteus profundus erat
Et cum primum leonis gradum ingrediebantur uenire faci-
ebant de terra canuic arietem rubrum. et ipsum pannis
preciosis coopiebant. et ad ortos et loca arboribus et floribus
repleta ibidem magna gaudia facientes et ducebant eique
uinum dabant in potu quantum uiuere ualebat. Et cum du-
cebant ad ipsam domum in nocte et ipsum in memoratum puteum
proiciebant et cum oleo de sisamo ibidem eum lauabant
deinde ipsum a puteo extrahabant et ei rosas siccas xenanthi
triculos circa ayroc mel et tantum omnia simul mista dabat
in cibo in fine uero 28 diebus ab introitu solis in leonem nime-
randor. s. in nocte extra ciuitatem siue extra terram spectata
ad nemora ducebant eum. et eius caput ibidem amputa-
bant. et fontem ibidem facientes sepeliebant eum in eo.
Caput uero ad ipsam domum operis obtulabant et ipsum
erga suos imagines reponebant. et dicebant quod ex eo nocem
debilem audiebant qua ut asserbant eorum regis durationem
suam gentium augmentum uel diminutionem cognoscebant
Et qui praedictum opus inuenit et qui in hoc secreto nos
docuit fuit barnas helbarameny qui in terra indorum die
clausit extremum. Quo non quedam pars indiae baarameny
appellabatur. Sapientes quidam istarum gentium multa opa-
re diuersarum materiarum habent. quae si omnia recitare uel-
lemus prolongarem nostrum opus inordinate. Idcirco
ad nostrum propositum redeamus.
Capitulum 8. de modo orationum quibus neptuni orabant solem
saturnum. et quibus modis cum ipsis loquebantur et suos
et ipsos et effectus trahabant.
Et primum sapientes dixerunt quod potentie et opa-
re colorum et stellarum sunt soles simpliciter. et ideo quod

vident et intelligunt q. luna uiuat cum hoc est quantum in suis effectibus non q. sol indigeat ex nec aliis planetis et similiter alii 5 planetae sequuntur solem in suis effectibus et obediunt et humiliantur eidem: et secundum dispositiones solis in predictis effectibus procedunt. Et ideo omnes effectus sunt in sole secundum eorum opinionem primitus radicati. Ceteri uero sex planetae uiuant cum in suis effectibus: et similiter stelle fixe ancillae sunt eidem seruiunt obediunt et humiliantur: et in suis effectibus uiuant cum non propter indigentiam quam habent ex eis. Et haec gentes soli hanc orationem facere solebant. Oramus honoramus laudamus te dominum altum solem. Tu enim das vitam cunctis uiuentibus in mundo et mundus uniuersus tuo lumine illustratur et tua potentia gubernatur: tu es in alto loco sitatus magnam regnum his plenus lumine sensu intellectu potentia et honore ac bonitate. Omnia generalia tua gubernant: potentia pro te gubernantur gubernanda uiuant pro te omnia negociabilia et omnia pro te in suo robore permanent. Tu in tuis effectibus nobilis et honoratus existis et potens in tuo celo permanentes et salutaris laudamus honoramus et oramus per ubi diuinitatem et humilitatem et omnes uoluntates nostras tibi patifacimus et omnia nobis necessaria tibi petimus et requirimus. Dominus es tu et te tam in die quam in nocte et rogamus et de tua uirtute uita et gubernatione percipimus et tibi nostras uoluntates disponimus ut tu ab inimicis nostris et a nobis cunctis mala querentibus liberes et defendas. Hec non et lunam quae est ancilla et obediens tibi et eius lux et lumen a te et uirtute tua procedit: tu das posse: tu es dominus in tuo celo electus tibi luna et ceteri planetae seruiunt semper obediunt et nunquam a tuo precepto recedunt. et ideo a nobis sis semper laudatus pro infinita secula seculorum. Amen.

Apientes uero agriculturae caldeorum dixerunt q. hanc orationem orabant saturnum sed aspiciunt primo ne

187
iste dominus esset descendens in circulo nec occidentalis a sole nec sub eius radiis nec in medio sua retrogradationis. Sed quando inueniebant ipsam ab omnibus impedimentis liberum et mundum infra scriptas orationes faciebant eidem et suffragationes contra ueterum sepe sudor. uesperilionum mortuorum murmur ex quibus uesperilionibus 14 comburantur et 14 matres similiter comburantur. Et accipe cinerem eorum et ponas eum in capite sua imaginis et proicias et circa imaginem super lapide uel aream nigram. Et ex istis operibus asua malicia et malo erant defensi quoniam ab eo omnia mala et damna et fletus procedunt. ipse deus est omnium paupertatum miseria doloris carceris turpitudinis lamentacionis. Et predicto signat dum est cadens et damnatus. Sed quando est in bona dispositione et sua exaltatione signat munditiam longitudinem uitae altitudinem gaudium honores diuitias hereditatem et durabilitatem hereditatis in filiis nepotibus. Et eius bonitas est quando est orientalis a sole et dum est in medio caeli et in suo incessu directus et leuis in motu et in suo circulo eleuatur et in auge. Et dixit zeheryt qui fuit primus sapiens ex tribus sapientibus agriculturae caldeae q. hanc orationem fecit saturno et petitiones quas uoluit quaesivit ab eo et statim eidem dispositio sua imaginis interfuit ex qua in quibus uoluit habuit responsum. Cuius orationis tenor talis est. Et rogamus supra pedes nostros erga dominum istum altum uinum ac durabilem et in sui potentia et dominio fixum quem saturnus est in suo celo durabilis et in eius dominio potens et in eius effectibus altitudinibus et magnificentibus aduatus circumcuius omnia et potentia in omnibus uisibilibus et inuisibilibus habet: et in omnibus in terra sub et supra existentibus potentia habet: et ipsius potentia cuncta uiuentia uiuant ac eius durabilitate durant: et ea suo posse et potentia incipit et incipit et fecit nos durare et sua permanentia duramento

et sua durabilitate terram permanere fecit. aquas et riuos
fecit sua potentia fluere quemadmodum defluunt et moueri
ueniens mouere fecit et uiuus. Et est frigidus sicuti sua. na
et sui regni altitudine crescunt arbores et eleuantur et terra
ponderatur secundum pondus suorum motuum. et si uellet
faceret alterius manereri q̄ fuit. Sed est sapiens et reus pote
tia et sensu factorum. et eius sc̄ia patet i omnibus. Tu u. sis benedictus
qui est tui celi dñs. et tui nomen sit sp̄s mundus et honorat
tibi obediens tuis pedibus oramus et tuo honore p̄ tua nomina
uoluntate nobilitatem honorem impendimus ut nostros sensus co
roboret et ut sint durabiles et i nobis p̄ uita nobiscum ut ad p̄ns
sunt remoueant. et nostrorum corporum qui separantur a uita heas
pietate ut uermes atque reptilia a nostris carnibus retrahantur.
Tu es dominus pietosus et antiquus et nō est aliquis qui eo
que damnas rectificare possit. tu es i tuis dictis et operibus p̄
manens nec tuorum actuum te poenitet. tu es i tuis potentis
tardus et profundus. tu es dominus talis q̄ non ē q̄ ante
rat quod concedas. et quod prohibes nullus concedere potest.
Tu es dominus i tuis operibus ornatus et i tuo regno uirtuosus
tu es aliorum planetarum dominus et aliarum stellarum i suis cir
culis mouentium timent motus tui uoce et tuo motu expaues
cunt. Rogamus te et a te petimus ut a tuo furore et ira nos
reddas securos et tuos malos effectus a nobis remouere digne
ris ut nostrorum tua pietate heas pietatem. Et p̄ tua nomina bona
et nobilia q̄ tua pietate attingunt ut omnes tuos malos effectus
a nobis tua potentia remouere possimus et nobis tua uirtute
et nostrorum pietate heas. Et p̄ omnia nomina et p̄ tui nomen aliu
nobile id quod magis liceret cunctis aliis nominibus hoc nomen
oramus et petimus ut tua erga nos pietate infundas. predic
ta aut uerba abentasia i agricultura caldes qua de calde
orum idiomate translulit quam oratione nunc sumus hic re
citati nisi ad patefaciendum comune concordantia sapientium

189
antiquorum erga opera planetarum. et i cunctis temporibus suorum
corporum protectione planetarum naturis. et ipsam oratione sum
i hoc loco recitati. ut huius operis nil comprehensibile sapientium
deficiat antiquorum. Et in nostram librum tradimus comple
tum prout i principio promissimus tractaturi. Et quia haec
oratio est in nostra prohibita lege hic recitamus ea solum. ad
discoopienda sapientium antiquorum secreta. quae contra hoc opus
antiquitas ante datam legem faciebant. Et ideo nullus pra
dicta a se expellere debet ut et quantum i hoc sum loquutus
et inde cetero sum et et bona intentione professor. Cunctos
aut hunc librum uidentes rogo et audientes ut nemini in
sensato reuelent. Et si fuerit necesse ipsum alicui patefaci.
hoc nō fiat nisi bonis sapientibus intellectu illustratis et eorum
uirta secundum ordinis uirta ducentibus. omnipotenti deo
supplico quatenus hoc opus nostrum a manibus insipientium
defendat et in cunctorum hic doctorum parcat. cum bona intentio
ne praedicta omnia sum loquutus.

Cap^m Nonum. de modo attrahendi uires cuiuslibet planetarum
diuisim et sp̄s illarum uirium nominandi secundum eorum pres
necno et modum et dicta nomina operandi.

A turni sp̄s qui redimez nuncupatur i nomine sp̄s sa
turni omnia nomina sua coniuncta et separata coordinas
et eius pres quae sub et supra. Et alibi sunt secundum opinio
nem aristotelis i libro que translulit ad alexandrum q̄ esto
megnis nuncupat in quo tractauit quo aristoteles oppo
sed eius nomina diuisa iuxta aristotelis opinione sunt ista

Omen sui sp̄s altitudinis roste nuncupatur infimi sui sp̄s
corec dextre dextre sinistru deryuz anteriorem. talis
posteriorem uero daruc appellauit. Et eius motus in sua
spera. et eius progressus i signis et eius motus in spiritibus
praedicta omnia coniunguntur i hoc nomine tahapru. Et
haec omnia nomina superius diuisa in hoc primo nomine

redimes coadunans. et hoc nomen est tanq̄ radix generis om-
nium nominū predictoꝝ.

Omen autem sp̄s iouis coadunans est demehue sp̄s alti dē-
mec infimatis dextri maz sinistri dēriꝝ anterioris canis
posterioris uero forus nuncupatur. et suoz motuum ī sui ce-
lo sp̄s ī suis signis diuisionis est dehydes. Sed nomen quo p̄dicta
omnia coniungunt quod nomen est tanq̄ radix et genus om̄
est nomen primum superius actum ut demehuz.

Omen uero quo coadunatur sp̄s martis est deharayuz sp̄s al-
ti hoyuz infimi heydeniz dextri mahoruz sinistri arduuz
anterioris houdehoyuz posterioris uero mehiedez. Et ille qui
est sui motus ī celo et ī sui procellus insignis et motus sui sp̄s
dehydemeꝝ nuncupatur. Sed nomen omnia p̄dicta includens
et quod tanq̄ radix et genus p̄dictoꝝ est nomen superius
nominatū dōz deharayuz.

Omen quod est includens sp̄m solis ebydeluz et nomen sui
alti spiritus est dehm̄ez infimi heidelez dextri beheinfes si-
nistri aznahales anterioris mahabeyuz posterioris uero hadyz
Et sp̄s sui motus ī celo et sub signis et ī suo sp̄u laahaymeꝝ
Sed nomen includens et coniungens omnia nomina supra dic-
ta et est tanq̄ radix generis p̄dictoꝝ ē nomen superius no-
minatū s. ebydeluz.

Omen u. spiritus ueneris includens est quod deydaz nuncu-
patur sui sp̄s alti heyluz infimi carluz dextri diruez si-
nistri alleymez anterioris ceyluz posterioris uero aruz suoz
motuum ī celo et progressus ī signis et sui sp̄s motus est de-
haruz sed omnibꝝ p̄dictis equipallens est et tanq̄ genus
et radix omnium p̄dictoꝝ est deydaz superius nominatum.

Omen quippe sp̄s mercuti includens ē mehuyez et sui
alti sp̄s armireꝝ infimi uero hūez dextri tenuz sinistri
dēriꝝ anterioris mayez posterioris aūte dehediz et sui motus
ī celo et progressus signoꝝ est mehēdis. Et nomen omnia

191
p̄dicta includens et est tanq̄ genus et radix p̄dictoꝝ ē mehuyez
superius dictum.

T nomen includens sp̄s lune est harmez sui alti spiritus heduz
infimi marauꝝ dextri meluz sinistri muez anterioris huez
posterioris uero meineluz. Et nomen in celo motus et progressus
ī signis est dahamiz. Et qui omnia nomina superius dicta copulat
et coniungit. et est tanq̄ radix et genus p̄dictoꝝ est harmez
superius dictum. Et p̄dicta narratur Aristoteles ī libro p̄ual-
legato et p̄dictis spiritibus p̄dicta nomina imponendo af-
ferendo q̄ p̄dicti spiritus sunt sp̄s mundi partium que sunt
sex partes ī omnibꝝ a planetarꝝ climatibus que nomina istoz
spirituum sunt que orantes planetas uerti solebant et ipsam
orationibus quibus planetas orabant uti consuebant. Tu autē
diligenter aduertat et ī p̄dictis p̄terea climatibus et genera-
tionibus attingentes descendunt a p̄dictis quibus orationes mi-
rabilia effectus mirabiles fiunt ab ipsis donatuz et paup̄tates con-
nantuz ipsi nanque dant auferunt et diuertunt et hnt corpo-
ra quibus induunt et corporantur cum eisdem et in suis cli-
matibus hnt homines quibus eoz potentia et spiritus inflantur
et concedunt ipsis ī suis scientiis disponendo et ī rebus suarꝝ
naturarꝝ utendo subsequenter dixit idem p̄s cum uolueris at-
trahere aliquem p̄dictoꝝ spirituum planetarꝝ ī aliquo climati
ī p̄dictis radicibus aduertat q̄ effectus cuiuslibet planetarū
in proprio climati fortiter operatur. Operatio per Saturnū
Vn autem p̄ saturnum operari uolueris hoc facies sole in
capricorno et luna in sagittario commorantur facies ima-
ginem cuius pedes sint ferrei. ipsamque pannis uiridis nigri
et rubri coloris indies postea uadis ad campum et sub arbor
cui odore carente nigro dicit et sacrificiū tuum s. uaccam
aut uulūm secum una cum suffumigatione ex cerebra-
gati nigri cratago cicuta myrra ipericon compoua portu-
bis et dicit heduz eoz eduz huz dēriꝝ rayuz huaruz.

salutem ueritatem huiusmodi. Venite uos spiritus et uos nostrorum
sacrificio presto et iterando oratione reditas continue sustu-
migando tuam petitionem petas et complebitur predicta
uero omnia posuit Aristoteles in suo libro. Operatio per Iouem.
Vn uero per Iouem uolueris operari in die Iouis si opari
solem sagittario uel piscibus existente luna uero in capi-
te arietis quod ipsius solis exaltatio est comorante. Et parabis
unam domum mundam et nitidam et stolas uel cortinas
et optimas pannis orantam: quae domus huic operi sit apta
et in tua manu accipe ferculum manerici mixturae sine com-
positionis melle butiro oleo nucum et succari compositum
ipsamque liquidum facias et humidum. Postea facies unam
artocleam id est tarta farina butiro lacte zucchero et croco
delicatissime factam. Et ipsis quanto plus poteris facias et
in capite ipsius domus mensam magnam ponas et super robusta
et epida et unum turibulum ante te ponas ex metallo Iouis
compositum. In ipsa mensa masticam camphoram ponas et
lignum aloes et alabastrum redolentia ut algalia et similia. Et
unam dosim masticis et artocleas quas fecisti et mixtura
quam fecisti scilicet ex humida et sicca. Et in medio mensae cade-
lam magna accensam ponas retro uero ipsius candele quae
sportas discooptas malagranat et carnibus coctis et asta-
tis arietum gallinarum et columbarum necno et ferculas caul-
repletus collabis. Et in capite cuiuslibet sportae pone
urceum uino repletum et unum uas limpidum. Et iterum
super mensam ramos myrti ponas. Et cum predicta feceris
ut supra in capite mensae masticae et ligno aloes suffumigabis
et aliam suffumigationem de masticae alio accipe domum ponas
et nullus sit in ipsa domo praeter te solum. Et dicas demez
armez coylez mahaz erdas ramyz ferienz dyudez afranz
ray haciedez. haec sunt nomina spirituum Iouis in omnibus
6. partibus sui caeli. Interpretatio istius nominis afranz et aliorum

193
sequenti est. Venite et ingrediamini uos omnes spiritus
Iouis et istos odores odorate. et haec fercula comedite et ex-
eis quodcumque uolueris faciatis predicta etenim septies rei-
terabis postea egrediar domum et quietus stabis per oram deum
domum ingrediaris predictam oratione faciendo. Et si quomodo
quies operatus fueris in 6. uero dum redibis ad domum et predictam
oratione feceris ut diximus uenient spiritus figura formosa orna-
tisque uestibus induti. et recipient in petitione qua fuisti peti-
tus cuiusque manerici extitit. et te in scientiis et intellectu
inuabunt. et te suorum spirituum obumbrabunt et cooperient.
His uero hoc ordine expeditis amicos et socios conuocabis et
cibaria superius preparata adiuuante comedetis unumque
potabitis et ipsos odores odorabitis atque cum ipsis suffumiga-
tionibus suffumigabitis omnes hanc uero oratione planetis in
quolibet anno sapientes romanorum facere solebant et speciali-
ter Ioui. Operatio per Martem.

Vn uero per Martem uolueris operari haec facies die martis
sole existente in arietem quia est ipsius martis domus
et luna in caphadabula. ma luna quae est exaltatio martis et
tunc sit finis Iouis in qua arbore cum fructibus repletis
et tecum ducas uaccae uel pecudis sacrificium et turibulum
carbonibus repletum et suffumigatione myrrae cenab et
sarcolle confecta et sporta ferculorum repletam. et ex ferculis
melioribus quae facere poteris et urceum uino repletum. et
predicta omnia tecum deferens uenias in campum. et super
unam arborem ascendas et mitte sacrificium de tuis manibus
et ignem accendas cum quo suffumigationem ponas et dicas haec
uerba dahay danuz habaidiz haydanz nihyraz ardashuz
heydahaydez meherediz dehymez. et haec oratio martis. Et
cum haec dixeris dicas hoc sacrificium est uobis spiritus martis reci-
piatis ipsum et de ipso comedatis et faciatis quod placet. postea idem
sacrificium ad aliquem locum extra ipsam arborem apportabis

et cum suffumigatione predicta te suffumigabis tuncq; sacri-
ficiū decollabis et eum excoriabis et eius epas assabis et fercula
quæ tecum apportasti accipies omniaq; supra corium extendas
sacrificiū uestrum est uenire et hanc suffumigationē odorare
et ex isto sacrificio et ferculis ad uestrum libitum faciatis. Et
tunc unus sps rubens flammæ ignis similis descendet et p ipa
cibaria transeundo comburet aliquantulum ex eis. Et cum
eum uideris quod uolueris petas i omnibus tuis operibus ipi
te uiuabit et cum ipa flamma quietabitur ad predicta fer-
cula procedas et ex eis quantum poteris comedas similiter de
uino bibas pro posse. Et petas quas uolueris petitiones ipsi
manti primitus. Et scias q; mars e planeta diuersus in sui nã
fortis et nō in omni tempore. Et si ad profaram diuisioneꝝ
nō ueneris nō diffides. et dum predicta feceris diligenter ad
domum propriam reuertaris. Operatio per Solem.

Vm. n. per solem opari uolueris hoc facies i die dominico
sole in leone existente et luna i hac. i. 5. uel ig gradu ariet-
tis commorante et preparabis domum aptam quæ sit mū-
da et nitida et ex preciosiorib; panis quos hñe poteris ornabis
eam et ponas i ipa 7. imagines aureas q; si eas ex auro hñe
nō poteris hñas saltem ex ligno. Si uero fuerint auree sup
ipias ponas scolaria lapidum sargonzas rubear et marge-
ritas. Si uero ex ligno extiterint ipas uestimentis ferreis ru-
beis indues et sup ipas scolaria auri et sargonzas rubear
ponas. Et ipas imagines i medio domus situabis. Et ante q;lib;
ear; mensam parabis et in qualibet mensar; artoctas facias
ex flore farinae et ex compositionibus siccis et humidis pones
et i medio cuiuslibet ear; arceum uini et circa ipsum tueris
sperebus et odoriferis rebus plenam quemadmodum sunt
muscus camphora et ambra. Et i ipa domo myrrum ponas
deinde candelam ceream magna accendas et te ponas seden
sup aliquod alium uersus imagines. Et dicas thebedebuz

195
dihymes uidulez dehycais agmatz mahagis ahadis euymentz. Cui
autem predicta dixeris petas petitionē quam propofuisti pretere.
hoc facto conuoca aliquos tuos socios et amicos et cum eis præ-
dicta cibaria comedas et uini bibaris. postea uero ipam ingr-
diamini domi quia sps solis tibi quod petisti concedant et tua
exaudient petitionē. Operatio per uenerem.

Vm. p. uenerem operari uolueris sic facies in die ueneris
sole in capite piscium existente et luna i cancro commo-
rante tunc mundifica te et balneum ingrediaris et cū mundus
balneatus fueris uenas et super ficum uel palmā ascendas et
ducas tecum arrietem. Et dicas hurydeys helyus hemylus de-
uerys temeryz orynlaz arhuz moytays. Et quando predicta di-
xeris petas quod uolueris. Caneas u. ne alicui planetar; nisi e
quæ sue nature sunt attributa petas. Operatio p. mercurium.

Vm. p. mercurium uolueris operari hoc facias in die mer-
curii sole i capricorno existente tunc annus caldeor; in-
cipit et sup cathedram auream sedas i domo uacua et cū
ligno aloes incenso myrra sicca et emula te suffumigabis
et mensam auream anteponas et circuitu 7. ircos situabis
quos cum baculo ligneo disciplinabis taliter ut uoces emittat.
Et dum fumus suffumigationis eleuabitur dicas barhurez
eruyerez boytz reciz deriz heniz deheriz zandaz. Et dum præ-
dicta dixeris prefatos ircos decollabis et eos excoriabis ipsosque
i petas i circuitu mente mutilabis. Et continua suffumiga-
tione suffumigando. Dum aut predicta feceris uultus tuus
totus sit preter oculos penitus cooptus tamen continua suf-
fumigando postea ipam domum egrediaris et tecū cūctas
carnes huius supius sic incisas detras quas i cacabo cum
aceto decoquas et accipies panem ex flore farinae factū et dū
oportuerit predicta omnia ponas i sporta et bona saluatioe
referuabis tuamque petitionē ex petitionib; mercurio petri-
nentibus petas. Operatio per Lunam.

Vm per lunam operari uolueris hoc facias sole i cancro ex-
istente et luna i ariete que est ipius solis exaltatio com-
morante. Et hoc opus facias i nocte lune dñi dominico die fi-
nito cum sol occidit uadas ad campū et postea quando te ab-
lueris et bene mundificatus fueris ariete et suffumigatio-
nem incensa cicuta emula myrra et ligno aloes compositus
tecum deferas necno et aliqui sociorū tuorū et amicorū ueni-
ant tecū. et quilibet eorū ariete et suffumigatione predicta
ducat et cibaria similiter i sportis apponent. Quo facto
igne magnus lignis accendant et sportas ferculorū i circui-
tu focalariū seruabis: et surgat cui peticio interest et sedeat
sup aliquē fontem aquarū. Et ante ipm ficus: et circa eū
arietem quem duxit. Et ponas suffumigatione quā porro
uit i igne et dicas hēdūz dēdēdiz nūbriz nays nūlcas ty-
mes brays celuz dēhemz menūz. Et cum dixerit predicta de-
collet arietem: Et quilibet sociorū arietem quem duxit di-
mittat quia omnes uenient ad te omnesque suffumigabis
predicta uerbū i decollatione singulorū dicenda et suffumiga-
tione suffumigando. Quibus sic se hntibz ibidem dimittas
et ad locum ignis accensi redeas. deinde tu et cuncti socii tui
ad arietem interfectorū locū uenias ipsosque excorias et
eorū pelles caput pedes manus et omnia interiora in loco
mundo i quo aliquod animalium comedere nō possit ex pre-
dictis aliquid sepeuatis arietes assens et dum assati bene fue-
rint eos i sportis ferculorū et circuitu focalariū reponas. Et
cum prope aurora fuerit sub ipa ficu pannos diuersorum
colorū ponas: et dum predicta feceris suffumigabis suf-
fumigatione predicta. Et oratione spiritus ter dicaris: Et pe-
ticiones uestras petaris. Omnia uero adimplebuntur.

Cap^o 7^o. de demonstratione confectionū spiritūz planetarū et
retrahendi damnantia opū et effectuum miraculorū nigro-
mantiā cibariorū suffumigationū unguentorū odorū spiritūz

197
operatorū spirituum planetarū et effectus planetarū proprios
et opera que nisi visu operant.

Aristoteles enim in preallegato libro de asconequit quem
alexandro regi composuit recitauit confectiones quattuor
lapidum q̄ i spiritibus potencias et effectus mirabiles hnt. quorū
primū nominauit rayetanz. Qui uero hunc lapidem i amulo
castionatiū secum portauerit ab homine uel animali quoqz
existat spiritum habentibus humiliter obedient. Et si cū hoc
lapide aliquam carram sigillaueris et ipsam regi uel alio
ri cuiusque transmitteris homini cum ab eis uel ab ali-
quo eorūdem uidebitur statim tremescant et eide obedi-
ent et p̄ ipm indefinenter implebitur peturum. Idem facient
homines pueri si eodem mo ut supra transmitter. hic uero
lapis est rubens i colore. Cuius aut conpositio talis est.
R̄ robinorū 3 ij terant et inuoluant cum media dragma
adamantis plumbo contriti et almagre 3 i. sulfuris 3 f
auri 3 ij. Omnia uero predicta incorporantur i crucibus
et ponantur ad ignem mansuetū paulatim crescendo quo
usque predicta fuerint fusa quā robinas uirtute adama-
tis et adamas uirtute almagre almagre uirtute
sulfuris fundunt et aurum et funditur cum eisdem
et dum incorporata fuerint bñ crucibulum ab igne remo-
ueas et p̄mittas infrigidari: inueniesque unū corpus to-
tum mustum colore turbido: hunc uero retrahas: et uerū
R̄ cerebrum leporū sepum leopardi sanguinis lupi omnū
pres aequales: sepum uero liquefacies et ipm cum cerebro
miscuas: deinde prouice sanguine super eum: et disponit
i suo colore pardo: Et carceas ne ipsam manibus tangas
nec tu propinquas et ab eius odore te penitus adueras:
quia hoc est uenenu moriferū in omnibus suis qualita-
tibus a forma specifica secundum opinionē citat i som-
nio dum aut quietatur remoueas eum et iterato recipe

azaruca croci sulfuris croci et rubri an 3 q puluerizent
et mundentur. et desuper uenenū predictum prouiciatur
et statim frangetur ipsius nocimentū et totum diligenti
Et cum totū fuerit liquefactum ut cera eleuetur ab igne et
pmitatur infrigidari deinde corpus liquefacies pmit cum
quo spiritus paulatim componatur quousque totum incor
poratur cum eo et secum iuratur. Quo facto extrahas ab igne
et infrigidari pmitas. et ex ipso ad turnū lapillos facies ro
tundos ad magnitudinē apiatam. Quia aristoteles Alexandro
sic fuit loquutus. O alexander scias q hoc corpore mirabilia
omnia uiceris. Secundus lapis.

Secundus lapis helemetiz nuncupatur. hic enim lapis q
pluuiam grandinem et nuem fieri iubetur. Cum enim
aliquod uisus supuenerit hunc lapidem manu tua dextra uer
sus celum eleua et securus eris a predictis. Hic uero lapis
paradisus est in colore. et eius compositio talis est. Et elebori 3
uy et ipm cum alcondiz albo liquefacies ad igne. insimul lique
facta fuerint eleua ab igne. et cum spiritum operibus ipsius
opare postea. Et ossa manū et pedū porci que caribz et ner
uis sint bene mundata. eaque in aqua cum sale decoque be
ne. et cū cocta sufficienter fuerint eleua ab igne et exsiccet
ab aqua deinde puluerizent. et cum mandragora. et calcet
an i uase terreo cū terra obturata aurifabroz competenti
et bene disposita. qz q in ipso uase ponat pars una calcis
et mandragora pmitas. deinde sup illam aliam partē pulue
ris ostium successime usque ad capacitatem uasis et predicta
ad igne stercoz p noctem una liquefiant. postea predictum
uas remoueat ab igne et infrigidari pmitas. et predicta
puluerizentur et desup modicum aceruet rubrū et cla
rum. deinde iterum terant. et cum humano sanguine ex
uena sparso et p diem integrum terantur et usui referuet
Quibus expletis primū corpus liquefiat supra quod.

199
prouiciatur. Hoc corpus proxime tactum paulatim quousque
adnuicem debite incorporant. Quo facto ab igne remoueat
et eum infrigidari pmitas qz in sui colore paradisi inuenies
Qui lapis secundam optatum magnitudinē et formā speri
cam laboretur ad coruum subsequenter i ipso opere cū uerbis
et operibus que antea diximus i operibus mature et comple
te laboramus. Dum uideris pluuiam nimiam grandinē et
tonitruum i aliquo loco et ea arte et a loco in quo uolueris
remouere ea uerba que antea diximus dicas. et ipm lapide
i tui dextera manu tenens uersus celum erigabis predic
ta omnia quiescent. et hic lapis est ex potentius et spiritibus
spiritualibus compositus. Tercius lapis sequitur.

Tercius uero lapis nominatur astanatic. et dicit Aristo
teles qz hic lapis est ex mirabilibus mundi. Et cū quis
i lite uel in prelio secum defuerit a nocimentis inimicis sui
qz armis offendibilibus existit securus ipse uidelicet et eius
socio. Cuius lapidis compositio talis est. Et ferrum cū sulfure
liquefactum 3 x ipsumque fundas ad igne et in ipso sulfure
alium lapidem almagrice antincat ponas omnia bene pul
uerizata quousque incorporentur i unū. et apparbit pri
mitus crocū postea alium quemadmodum. argentū et et
pulchritus. Et ipm corpus erit blandum post hoc. Et pingue
dum porci eiusdem cerebri an liquefiant insimul. et cum
sanguine corui nigri miscantur et infrigidari pmitas et
ad modum coaguli coagulabitur deinde. Et lapidis alme
grecie 3 uy. adamantis combusti 3. 5. azenet rubri et clari
3. 2 sulfuris croci 3 uy. terantur et omnia insimul in
unum et puluerizentur quoz puluis supra corpus pre
dictum superius coagulatu prouiciatur. et omnia in uase
terreo eidem capacitati congrua apponantur et cū terra
aurifabroz eius os aptum claudatur sic aptū ponat
ad ignem liquefit totum. ut cera. et postea remoueat.

ab igne et infrigidari pmitte. coagulabitur enim et ad istam
lapidis efficietur ipsumque referus: deinde R^x ferri modo
predicto laborati 3 10 aurum argenti aeris an 3 1 ponat
ad ignem et fundantur quousque optime misceantur. hoc
facto prouicias ad corpus quod statim fecisti sup eum paulu-
tine quousque incorporet in ipso purificetur ad ignem
succiditatis uero corpora depurabuntur et q copulabunt
admirate et lubrici ualde efficiuntur. Cum aut ista tali-
ter ee dnoctas remoueatue ab igne et infrigidari pmit-
tatur et ea corpora inuenies ad unum unum et aliquan-
tulum blanda. Et quo lapillos rotundos ad magnitudine
apertam tauri laborabis in quibus p tres dies cum uerbis
que antea diximus laborabis. hunc uero lapidem refer-
uabis ipsumque tecum portabis i bello et ab omnibus
armis inimicorum ferreis tutus efficietis tu et oes tecum
existentes quousque predictum lapidem tecum habueris.

Quartus lapis sequitur.

Varrus aut lapis andemotus appellatur. Dixit enim
aristoteles q hic lapis ad amorem mulierum tollendum
existit compositus oz militibus et hominibus at miseris eo
q qn in bellis se debent misceri si cu mulieribus commiseru-
erunt corpora magis debilia efficiunt: et p consequens fa-
cilius demerunt. Hic lapis est colore albus cuius com-
positio talis est. R^x plumbi 3 10. aeris ferri cum sulfure
albo liquefacti an 3 1 argenti 3. f. liquefiant aer ferri et ar-
gentum simul i unum: postea super ipis plumbum prouicia-
tur: et dum omnia fuerint simul incorporata R^x lapidis
almagrecie adamantis: sulfuris crocci an 3. f. azeruec
rubeu 3 11. puluerizentur omnia et sup corpora fusa
puluerem prouice quousque omnia infusum imbiantur.
deinde ipz ab igne eleua et referus. postmodum facias
ipm isto modo. R^x sepi de algazel: medulle sine cere-

207
bri equi an sepium liquefacies et enim misceas cu cerebro ut
cum medulla desuper ea sanguine pastet. quousque coa-
guletur prouice. postea R^x de ossibus portinus 3 1 et ea opte
cum aliquantulo ancuiber et almagrecie 3. f. sulfuris
crocci 3 1 aceruec rubeo 3 1 et f. pulueriza: et omnia in-
simul mole et supradicta medullam et sepium iam dictum
prouice: et ponas super ignem usque totum infusum lique-
fiat: deinde ab igne eleua et ipm infrigidari pmittas quo
infrigidato accipe corpora que prius fecisti et supra
ignem liquefacies ipa. et super ea medicina dicta paulatim
prouice quousque totum eam bibat. et omnia fiant labetia.
deinde ipm ab igne eleua et pmittas infrigidari fuerque
lapis que supra rotundum sphericu facies et equalem: postea
cum uerbis que antea diximus p triduum laborare. de-
inde facias duas imagines aeris s. in forma uiri unam
et aliam mulieris. In imagine uiri lapidem ponas: et iste
imagines admisce cum spatulis ad ponant. et accipe
acum ferreum: et dicas super eam ter uerba q antea
diximus: hoc expleto affingas ipam i pectine imaginis
mulieris quousque ipa imago tota poret uersus spatulas.
Et i imagine uiri taliter imprimatur ut ipse imagines
admiricem fermentur: et ipas imagines sic aptas et in
archam ferream ponas bene clausam: et sup ipas p diem
et noctem dicas uerba que diximus supra ipsamque te-
nebis quia tu et omnes tui socii et milites a libidine mul-
lieris erunt penitus remoti. predicta aut narrat
aristoteles in preallegato libro de asmequit q mitione
predictorum lapidum sunt uenena mortifera oia q pdicta
erit facturis diligenter ab eodem tactu et odore aduer-
tat. huius aut ueneni remedium p quod predicta pos-
sunt absque metu fieri tale est. R^x ligni aloes granorum
myrti granorum mandragore granorum albes an 3 11. musci

3. s. agni casti passular. mundatar. sandali albi an 3. i. mi-
scentur omnia optime puluerizentur: et cum succo myrti in-
corporentur. et fiant pillule quas siccare permittas. & inque
uero predictos lapides componere uoluerit qui sunt ne-
nena mortifera accipiat ex istis pillis et ex eis insuis nari-
bus et ore apponat. et totum eius uultum panno cooperiat
dum predicta puluerizantur et opantur. praterex indiget
alio remedio ad conseruatione manuum quod tale e. R.
granor. lauri et granor. nucleor. basilire balsami sangui-
nis leporis an 3. iij. terenda terant et incorporantur cum
balsamo et sanguine leporis. Hanc uero medicinam semp
i omnibus opibus predictor. tecum has et manus opantis
i predictis linens ex ea et operabitur sicut et absque picto
eius idem Aristoteles i predicto libro ait q. sps opantis pre-
dicta offendunt aliquando eor. naturas damnando et cu
ab hac infirmitate eos uolueris liberare et sua natura ad
debitam quantitate reducatu ei infra scriptam medicinam
dabis i potu. R. sanguinis humani 3. s. et ipsum incorpora
cu oleo amigdalor. dulciu 3. iij. medulle sue cerebri le-
poris 3. ij. et cum urina asini 3. l. miscantur et predicta
infirma uniant et p singulos dies ieiuno stomacho usque
ad dies nonem compacientu dabis i potu. hac uero medicina
curantur et eor. natura rectificantur et sps septem plane-
tar. mali sepabuntur et ab eis cuiuscunque manerici ex-
stant eorumque complexio naturalis i suo robore pmanet
et iterum dixit aristoteles i libro melaciz nominato quando
decaynez sapiente indit et mirabilia huius artis duc perqui-
siuit alexander hunc librum malaciz composuit ex ipis cai-
nes quem homine spiritualem reputabant facta qui uixit
840 annis et fuit tyrenay deuotuc regis qui potius et
interfecto erat hic uero sapiens fecit ex maiori mundo
et minori composuit mirabilia magna et eius uerba s.

composita.

203
composita ex spiritibus qui sunt i mundo composui. Et attra-
xit uoluntates regis predicti et alior. regum quos uolebat
prateret faciebant mirabilia roes diuersas que ad presens
natura decreui. Ad amore mulieris acquirendum.

Hanc confectione nominabat deituz cuius compositio ta-
lis est. R. medullar. algazel sepi bepor. an 3. s. lique-
fiant ambo infirma quibus camphore cerebri lepor. an
3. s. aduungantur et i predicta omnia i uase ferreo ponat
ad igne usque ad liquefactione predictor. quibus postea ad-
das camphoram puluerizantur et dum omnia erunt infir-
ma mista auferant ab igne deinde facias imaginem cere-
nona q. s. qua uariq. fuit usui tradita. et habebis i tui
uoluntate illam mulierem quam cupis. Et i ore ipsius
imaginis foramen usque ad uentrem. imaginis penetrans
per quod medicina supras liquefacta i ipius imaginis ue-
trem proiciat. In qua infusione dicas dabyheliz humydez
nastayz d. abrahylez deinde ponat in eius ore zuccari 3. ij
et accipe acum argenteam subtilem et affigas ipm i pec-
tore imaginis quousque a spatulis egrediatu et cum
acum posueris isto modo dicas hedurez tameruz hecay-
tos femurez hoc facto inuoltras imagines in panno al-
bo et desuper ipm alium pannum sciricu et colore al-
bum ipsumque scirico filo aptabis et ipsam bene sub
pectore stringe et duo capita fili aduincice iungantur
qua septem nodis annodabis et super unum quencque no-
dum dicas hac uerba hayranuz hedefinz saytanuz
arminez postea ponas imaginem i olla terream paruas
